SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS
SEPARATIM EDITI.

NITHARDI
HISTORIARUM LIBRI IIII.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1907.

?.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

NITHARDI
HISTORIARUM LIBRI IIII.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1907.

NITHARDI
HISTORIARUM LIBRI IIII.

EDITIO TERTIA.

POST GEORGIUM HEINRICUM PERTZ

RECOGNOVIT

ERNESTUS MÜLLER.

ACCEDIT

ANGELBERTI RHYTHMUS DE PUGNA FONTANETICA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1907.



PRAEFATIO[1].

Cum tertiae editionis Historiarum Nithardi parandae cura demandata mihi esset, id propositum erat, ut renovato apparatu critico textum retractarem atque annotationibus, quibus opus erat, adornarem[2]. *Quod maxime ad primum librum pertinet, quo Nithardus res a Ludovico Pio gestas, cum de imperii divisione successioneque ageretur, exposuit, ubi omnes locos, quibus a ceteris scriptoribus discrepat, annotare visum est. Sed etiam in reliquis libris, in historia belli fratrum, cuius Nithardum gravissimum auctorem esse constat, alia erant explicanda, alia locis reliquorum scriptorum additis illustranda.*

Qua in re duces optimos fidosque secutus sum Engelbertum Mühlbacher[3] *b. m., Bernhardum de Simson*[4] *V. Cl., Ernestum Dümmler*[5] *b. m., tum vero eos qui de ipsis Nithardi historiarum libris egerunt; inter quos primus Geroldus Meyer de Knonau*[6] *nominandus est, quae enim hic sagacissime exposuit atque explanavit quicumque in Nithardi opere versabitur summo fructu leget. Eodem fere tempore Chr. Paetz*[7] *prudenter quidem, sed nimis breviter de Nithardo disseruerat, quocum de rebus maximi momenti se consentire Meyer de Knonau ipse dixit*[8]. *Ne quid omittam, iam commemoro dissertationem, quam O. Kuntzemüller*[9] *scripsit, qui iis quae Meyer de Knonau statuit repugnans*

1) *Praefationes, quas G. H. Pertz b. m. a.* 1828. *et* 1870. *editionibus praemiserat, omisi; quae autem nondum obsoleta continebant, verbis sequentibus inserui.* 2) *Locorum nominum ea, quae in dubium vocari nequeunt, solo in indice explanavi.* 3) *Regesta imperii I, ed.* 2, *I*, 1, *Innsbruck* 1899; 2, 1904. 4) *'Jahrb. des Fränk. Reichs unter Ludwig dem Fr.' I, Lipsiae* 1874; *II*, 1876. 5) *'Gesch. des Ostfränk. Reiches', ed.* 2, *I, Lipsiae* 1887. 6) *'Ueber Nithards vier Bücher Geschichten. Der Bruderkrieg der Söhne Ludwigs des Fr. und sein Geschichtschreiber', Lipsiae* 1866. 7) *De vita et fide Nithardi, diss. Hal.* 1865. 8) *L. c. p.* 152. 9) *'Nithard und sein Geschichtswerk', diss. Ien., Guben* 1873.

plerumque erravit, ceterum nihil attulit, quod nobis laudandum fuisset[1].

Egregii viri Angilberti et Berthae Karoli Magni filiae egregius filius Nithardus[2] *sub finem saeculi VIII. prognatus in bellis post obitum Ludovici I. inter filios eius exortis Karolo regi animo, consilio, brachio fortiter adfuit. Initio dissensionis legationem ad Lotharium suscepit*[3], *in bello Fontanetico Adalhardo duce pro Karolo pugnavit*[4], *Aquisgrani inter duodecim viros fuit, quibus Karolus vices suas in divisione regni Lotharii commiserat*[5]. *Medias inter turbas Karolo iubente mense Maio a.* 841. *historiam rerum, quarum ipse pars aliqua fuerat, scribendam suscepit*[6] *et sub armis vere anni* 843. *absolvit. Tunc enim taedio rei publicae vel aulae correptus*[7] *finivit opus, ne ad pactum quidem Virdunense perducens*[8], *et in monasterium S. Richarii Centulense a patre splendidissime restauratum se recepit. Abbatiae a Rigbodone, ut conicere necesse est*[9], *renuntiatae laicus abbas*[10] *per parvum tempus praefuit moxque proelio fortiter pugnans occisus est. Confecit ei Mico poeta Centulensis, qui ab a.* 825. *ad a.* 853. *floruit, epitaphium, quod hic exhibere iuvat*[11].

1) *Quae de Nithardo eiusque opere conscripta sunt omnia fere collegerunt A. Potthast, Biblioth. hist. medii aevi, ed.* 2, *II, p.* 856 *sq. et U. Chevalier, 'Répertoire des sources historiques du moyen âge, Bio-Bibliographie', ed.* 2, *col.* 3365; *cf. etiam W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen', ed.* 7, *I, p.* 233. 2) *Quae Hénocque, 'Bull. de la soc. des antiquaires de Picardie' IX, p.* 250—269, *X, p.* 404—437, *XI, p.* 335—351, *'Hist. de l'abbaye et de la ville de St.-Riquier', I ('Mém. de la soc. des antiq. de Picardie' IX), p.* 95—111. 239—242, *audacter magis quam prudenter affirmaverat, Nithardum nec Angilberti Berthaeque filium nec abbatem Centulensem nec auctorem Historiarum libri fuisse, diserte refellere opus non est.* 3) *L. II, c.* 2, *infra p.* 14 *sq.* 4) *C.* 10, *p.* 27. 5) *L. IV, c.* 1, *p.* 40. 6) *Praefat. l. I, p.* 1, *n.* 1. 7) *Praefat. l. IV, p.* 39. 8) *Quod mirum non est, cum res, quas in fine libri IV. narrat, eodem fere tempore quo contingebant descripserit, nescius, quamdiu dissensiones iam permanerent. Postquam a re publica secesserat, historiae scribendae officium, cuius iam antea eum piguerat (cf. praef. l. III. IV, p.* 27 *sq.* 39), *abbatiae onere suscepto omnino neglexisse videtur nec paulo post vita defunctus est. Proinde opus non integrum ad nos venisse nulla probabili ratione quidam opinati sunt; cf. F. Guizot p.* 429. *libri infra p. XIII, n.* 3. *laudati; Meyer von Knonau p.* 122, *n.* 487; *U. Berlière, 'Studien und Mitteil. aus dem Bened.- und dem Zisterzienser-Orden' VIII* (1887), *p.* 178. 9) *Cf. L. Traube, Poetae Lat. aevi Carol. III, p.* 268, *n.* 6. 10) *Omnes Centuli hoc tempore abbates laicos familiae regiae propinquos fuisse W. Wattenbach, 'Geschichtsquellen', ed.* 7, *I, p.* 331, *et Traube l. c. p.* 268 *sq., qui et stemma eorum subiecit, recte dixerunt.* 11) *Editionem a Ludovico Traube l. c. p.* 310 *sq. paratam secutus sum.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Epytafium.

Hic rutilat species Nithardi picta sagacis,
Nomen rectoris qui modico tenuit,
Eheu quod subito in bello rapuit gemebundo
5 Mors inimica satis seu furibunda nimis:
Invidia siquidem multatus hostis iniqui,
Qui primus nocuus perstitit innocuis.
Astu nam belli viguit quasi fortis Asilas[1]
Nec non ex sophia floruit ipse sacra.
10 Extitit elato rigidus, miti humilisque,
Contra commissum pacificusque gregem.
Cuius de Karoli genio processit origo
Nobilis ac celsa caesaris egregii.
Occubuit Iunii[2] octavo decimoque Kalendas
15 Hostili gladio, hac requiescit humo.
Hos quicumque legis versus, miserere suique,
Dic: 'Animae ipsius det veniam Dominus'.
Iam quia sublatus terris regione locatus
Sit, precibus, sancta, hocque frequens rogita,
20 Donec e tumulo salient cineres quoque vivi,
Corpore suscepto, quo reparatus eat
Ad loca sanctorum fultus hinc inde maniplis
Angelicis sanctis cum patribus reliquis.

Nenia hac, cuius de fide amplius non est dubitandum, 25 *Nithardus a. d. XVIII. Kal. Iun. mortuus esse dicitur. Qui dies cum rectius Idibus Maii notetur, veri simillimum est aut scribam neglegentem* Iunii *pro* Iulii *scripsisse aut poetam fastorum Romanorum minus peritum in eundem ac multos alios medii aevi scriptores errorem incidisse, ut men-* 30 *sem vertentem pro sequente Kalendarum diei adiceret. Sed a. d. XVIII. Kal. Iul. a.* 844. *pugna apud Agustam fluvium commissa est, in qua Rigbodo abbas cecidisse traditur*[3]. *Unde L. Traube illo proelio etiam Nithardum una cum praedecessore vulnus accepisse mortiferum collegit. Quod* 35 *quamquam pro certo statui nequit, facere non possum, quin satis probabile esse dicam*[4]. *Utcumque res se habet, narrat Hariulfus Chronici Centulensis saeculo XI. exeunte auctor,*

1) *Aen. XII,* 127: et fortis Asilas *(Traube).* 2) *sic c.; Traube* Iuli *textui inseruit, cf. ib. p.* 268, *n.* 7. 3) *Cf. E. Dümmler l. c. p.* 248.
40 4) *Cf. Wattenbach l. c. p.* 235; *F. Lot, 'Hariulf, Chronique de l'abbaye de St.-Riquier' ('Collection de textes' etc.), p.* 102, *n.* 1; *A. Molinier, 'Les sources de l'histoire de France' I, p.* 229; *G. Monod in 'La grande encyclopédie' XXIV, p.* 1131.

qui quae dicit de Nithardo abbate et comite, ut ait, pleraque aut ex eiusdem ipso opere, aut eaque minus certa vel recta e monachorum seniorum traditione[1] *hausit*[2], *a Gervino ab a.* 1045. *usque ad a.* 1075. *abbate in sarcofago, in quo Angilbertus antea sepultus fuerat, Nithardi corpus esse inventum,* in cuius capite videbatur illa percussura, qua eventu praelii fuit occisus.

Nithardi opus magni certe faciendum esse omnes fere viri docti consentiunt. In quo vir nobilis laicus, prudentia ac probitate praestans, tam belli gerendi quam rei publicae regendae peritissimus, res, quibus si non omnibus, maiori tamen parti earum interfuit, eodem fere tempore, quo gerebantur, non sine ira et studio, quippe qui a Karolo iussus pro Karolo scriberet, sed summa gravitate summoque veritatis amore narravit[3]. *Et libro primo, in iis quae ante obitum imperatoris contigerant, auctorem Vitae Hludowici*

1) *Hariulfi l. III, c.* 10, *l. c. p.* 118: nostri astipulavere seniores. 2) *Quae omnia hic colligere utile videtur esse excepto illo loco, l. III, c.* 5, *l. c. p.* 101 *sq., quem ad verbum ex Nithardi opere l. IV, c.* 5. *exscripsit (de quo v. infra): L. II, c.* 12, *l. c. p.* 79: post eius *(scil. Angilberti)* sanctum transitum filius eius Nithardus, quem de regis filia Bertha susceperat, Centulensibus iure abbaticio praelatus est paucisque diebus in regimine expletis interemptus praelio praesentis luminis caruit visu sepultusque iuxta proprium genitorem quievit in pace. *L. III, c.* 5, *p.* 102: Is ipse Nithardus, domni Angilberti filius, coenobio huic praefuisse asseveratur post decessum patris; quique, cum paucissimis diebus ministrasset, bello interfectus iuxta patrem sepulturam meruit. At cum ibi aliquantis annis pausasset, iamdudum translato corpore sancti Anghilberti in ecclesiam, quidam devoti posuerunt corpus eiusdem Nithardi in patris sarcofagum. *L. III, c.* 10, *p.* 118: quando scilicet domnum Nithardum, sancti Angilberti filium, bello interemptum retulimus. . . . Revera autem nostri astipulavere seniores, quod et ipse Nithardus utriusque officii *(scil. abbatiae et comitatus)* minister exstiterit et quia expeditioni, non relicto regulari ordine, inserviens ab hostibus sit occisus. *L. IV, c.* 17, *p.* 219: Nam et venerabilis Gervinus aliquando perrexit monasterium Gorziam indeque retulit codicem de gestis huius sancti loci; ibique inventum est, quod antea multo tempore latuerat, quia scilicet domno Angilberto abbate ad caelestia transeunte filius eius Nithardus illi post quosdam alios successerit in gubernatione sancti loci, et caetera, quae superius in locis suis notare curavimus. *L. IV, c.* 32, *p.* 265: in eodem quo pausaverat *(scil. sanctus Angilbertus abbas)* sarcophago invenit *(scil. Gervinus abbas)* lecticam ligneam coriatam domni Nithardi, filii eius, abbatis et comitis, corpus continentem sale perfusum, in cuius capite videbatur illa percussura, qua eventu praelii fuit occisus. Recludens itaque eumdem tumulum *etc.* 3) *Cf. Wattenbach l. c. p.* 233 *sqq. et 'Allgem. Deutsche Biogr.' XXIII, p.* 705; *J. v. Jasmund, 'Geschichtschr. der deutschen Vorzeit', saec. IX, t. V, ed.* 3, *p. V—VIII; Ad. Ebert, 'Allgem. Gesch. der Litteratur des MA. im Abendlande', II (Lips.*1880*), p.* 370—374.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

anonymum secutus esse videtur, insertis nonnullis (e. g. de portione regni Karolo tributa), quae apud anonymum non leguntur[1]. *Librum inter turbas bellicas conscriptum non omnibus numeris absolvi potuisse, nonnunquam obscuritate sententiarum, nonnunquam et vitiis ac barbarismis laborare nemo certe est qui miretur. Qua de re aequum iudicium ferre vix possumus uno tantum eius codice eoque non autographo superstite.*

Nithardi enim fama medio aevo non pro merito eius percrebuit. Mico epitaphium Angilberti conscribens opus eius novisse videtur[2], *et Hucbaldus saec. X. S. Amandi monachus, quae de Saxonum ordinibus dicit, in Vita s. Lebuini repetivit*[3]. *Hariulfus locum quo Nithardus de origine sua loquitur chronico suo inseruit, non e libro manu scripto integrum opus Nithardi, quem auctorem esse nescivit, continente adsumens, sed e codice, quem Gervinum abbatem a Gorzia monasterio retulisse narrat, quique inter alia ad historiam Centulensem pertinentia etiam Nithardi historiarum excerpta continuisse videtur*[4]. *Eodem*

1) *Qua de re quae Pertz dixerat retinui, nam F. Funck, 'Ludwig der Fromme' p.* 273, *n.* 5; *Paetz l. c. p.* 12 *sqq.; Meyer von Knonau l. c. p.* 14—18. 135 *sq.; Simson l. c. II, p.* 294. 299. *persuadere mihi non possunt, ut e contrario anonymum Nithardi opere usum esse credam; v. infra p.* 13, *n.* 1. 2; *immo etiamnunc videtur res dubia esse; cf. Wattenbach l. c. p.* 230, *n.* 2, *p.* 234, *n.* 1. — *Eorum quae M. Manitius, 'N. Archiv' IX, p.* 617 *sq., e Vergilii operibus ad nostrum attulerat, nonnulla annotavi; neglexi vero, quae 'N. Archiv' XI, p.* 69—73. *Nithardum imitatum esse censuerat. Cf. etiam infra p.* 37, *n.* 2, *p.* 48, *n.* 4.
2) *Cf. infra p.* 48, *n.* 2.
3) *SS. II, p.* 361: Sed erat gens ipsa, sicuti nunc usque consistit, ordine tripartito divisa. Sunt denique ibi, qui illorum lingua edlingi, sunt qui frilingi, sunt qui lassi dicuntur, quod in Latina sonat lingua nobiles, ingenuiles atque serviles; *cf. infra p.* 41, *l.* 15—18. — *Quem locum etiam Ruodolfum Fuldensem in Translatione s. Alexandri exscripsisse Pertz dicens in errore versatur; quod quo facilius intellegatur, verba eius, SS. II, p.* 675, *adscribimus:* Quatuor igitur differentiis gens illa consistit, nobilium scilicet et liberorum, libertorum atque servorum.
4) *Cf. Hariulfi l. IV, c.* 17, *l. c. p.* 219, *v. supra p. VIII, n.* 2, *et sequentia:* et alia multa in eodem volumine reperta sunt huius loci monimenta *etc.; c.* 32, *p.* 264: Denique quodam tempore ivit *(scil. Gervinus)* coenobium Gorziam, quod est situm in confinio Metensis civitatis, ubi inventum codicem, qui de eiusdem sancti viri aliorumque nostratum abbatum gestis aliqua retinebat, ab illis fratribus mutuavit, Centulam detulit. *L. III, c.* 5, *p.* 101 *sq.:* Ribbodo . . . abbas . . . levavit eius *(scil. Angilberti abbatis)* membra sancta et transtulit ea intra basilicam sancti Richarii die Nonarum Novembrium. Requieverat in loco priori annis XXVIII et tamen Deo faciente, qui servi sui meritum ostendebat, ita integrum et absque corruptela sanctum eius corpus inventum est, ac si ea hora anima

codice Anscherus abbas Vitam Angilberti paulo post a. 1110. *componens usus, praesertim vero Hariulfi chronico nisus est, quae autem de iusto Angilberti cum Bertha matrimonio dicit, quo facilius impetraret, ut ille sanctorum numero adscriberetur, commentus est*[1]. *Reliquum est, ut commemoremus anonymum, qui saeculo XIII. Historiae regum Francorum usque ad a.* 1214. *libros tres conscripsit, in praefatione operis inter eos scriptores, quos secutus sit, Nithardum nominavisse*[2]*; quae vero de dissensionibus filiorum Ludovici Pii refert*[3], *non ex illius opere, sed potius ex Annalibus Fuldensibus exscripsit.*

Codex unicus[4] *nunc bibliothecae publicae* P a r i s i n a e, *'Fonds latin' nr.* 9768 *(antea 'Suppl. Latin.' nr.* 623*), mem-*

illud deposuisset . . . Huic certae rei testimonium ferunt Francorum Historiae, eae scilicet, quae illius temporis facta commendant. Nam cum aliquando quidam libellus in manus nostrorum devenisset, post quaedam alia de sancto Anghilberto haec inibi scripta notaverunt. Mortuo Hludogvico imperatore, Caroli Magni filio, tres eius filii Hlotharius, Ludogvicus et Carolus de regno inter se dissidebant; dum unusquisque hoc sibi conatur . . . . novissime vero statuitur dies, qua de his iudicium haberetur, et hoc fieri posse in Nonas Novembris visum est. Qua quidem die *etc., sequitur locus Nithardi l. IV, c.* 5, *infra p.* 47, *l.* 33. *usque ad p.* 48, *l.* 2: repertus est. *Sequitur Hariulfi textus:* Idem etiam liber superius aliquid repetens de eiusdem *(scil. Angilberti)* nobilitate pauca subinfert dicens: Fuit hic *etc. ut infra p.* 48, *l.* 3 *usque ad l.* 11: in pace quievit. *Sequitur Hariulfi locus:* Is ipse Nithardus *etc., supra p. VIII, n.* 2. *laudatus. — Contra Georgium Waitz, qui SS. XV, p.* 173. *hunc codicem esse Vaticanum reg. Christinae nr.* 235. *censuit, F. Lot l. c. p. XXIII sqq. recte contendisse videtur etiam Vaticanum ex Gorziano ab Hariulfo exscripto hodieque deperdito provenisse. — Restat ut addamus quae Hariulfi interpolator, quem Anscherum abbatem fuisse F. Lot l. c. p. XLVIII—LV. statuit, de Angilberto dicit, l. II, c.* 6, *l. c. p.* 51 *sq.:* Cui *(scil. Karolo)* clarissimus vir Angilbertus nobilitatis et sapientiae merito exstitit carissimus, adeo ut prae omnibus ei familiarissimus haberetur. Quae amicitia in tantum convaluit, ut regis filiam nomine Bertam i n c o n i u g i u m a c c i p e r e t, de qua duos filios Harnidum et Nithardum genuit. Cui etiam ad augmentum palatini honoris totius maritimae terrae ducatus commissus est; *cf. Anscheri Vitam Angilberti, SS. XV, p.* 180, *et Acta sanct. ord. S. Bened., saec. IV, pars I, p.* 128 *sq.*

1) *Cf. Lot l. c. p. L; Waitz, SS. XV, p.* 173 *sq.; notam praecedentem.*

2) *'Archiv' VII, p.* 621 *('Hist. litt. de la France' XXI, p.* 731, *n.; Duchesne, Hist. Franc. SS. II, p.* 357*):* Sumpta sunt . . . quaedam . . . a libro etiam Nithardi, qui de discordia filiorum Ludovici Pii agit.

3) *Bouquet, SS. VII, p.* 259.

4) *Descripserunt codicem J. Brakelmann, 'Zeitschr. für deutsche Philologie' III* (1871), *p.* 85—95, *qui sicut Pertz totum ab eadem manu esse scriptum dicens erravit; cf. G. Waitz, 'N. Archiv', VI* (1881), *p.* 482, *qui et ipse errans totum saec. X. tribuit; C. Couderc, 'Mélanges Julien Havet'* 1895, *p.* 721—724 *(= Ph. Lauer, 'Annales de Flodoard' in 'Collection de textes' etc.,* 1905, *p. XXXV—XXXVIII);*

[illegible]

[illegible]

branaceus, folii minoris, 46 *foliorum, quae in binas columnas* 33 *linearum divisa sunt, Nithardi Historias fol.* 1—18. *occupantes*[1] *et Flodoardi Remensis Annales continens in monasterio S. Medardi Suessionensi exaratus est a duobus scribis, quorum alter saec. X. ex. Nithardi opus et Flodoardi Annales usque ad annum* 948. *scripsit, alter fol.* 39 *sqq. saec. XI. inc. Flodoardi textum ad finem perduxit*[2]. *Sed Nithardi verba scriba S. Medardi monachus non omnino integra tradidit; nam haud dubie historia translationis corporum tot eiusdem monasterii sanctorum*[3] *ab eo interpolata est, quorum numerum saec. XI. alius falsarius in margine adauxit; qua de re mox in 'N. Archiv' pluribus verbis mihi agendum est*[4].

Saec. XV. inc. codex apud S. Maglorium Parisinum adservabatur; tunc enim transscripsit eum quidam fortasse S. Victoris Parisini monachus, qui inter Nithardi opus et Flodoardi Annales haec verba scripsit: Non plus reperi de ista cronica, quam habui de monasterio Sancti Maglorii Parisiensis, que ibidem reperitur scripta de littera vetustissima, cuius auctor, ut creditur, fuit Frodoardus presbiter Remensis ecclesie, ut coniecturari potest circa finem huius cronice, ad tale signum . . .[5].

Codicem saec. XVI. ex. Jean de Saint-André canonicus possidebat, saec. XVII. inc. Paulus Petavius acquisivit[6],

L. Delisle, 'Le cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale' (in 'Histoire générale de Paris'), III (1881), *p.* 265 *sq.; A. Gasté, 'Les serments de Strasbourg', ed.* 2 (1888), *p.* 8 *sq.; v. etiam W. A(rndt) in 'Hist. Zeitschr.' XXXI* (1874), *p.* 220; *H. Bresslau apud G. Groeber, 'Grundriss der Roman. Philol.',* 2. *ed., I* (1904), *p.* 221.

1) *Folii* 18. *extrema Nithardi verba continentis inferior pars maior excisa est, cf. supra p. VI, n.* 8; *sequentia duo huius tertii quaternionis folia desunt; Flodoardi textus fol.* 19'. *incipit.*

2) *Utriusque manus scripturae exempla dedit Ph. Lauer l. c. post p. LXVIII, B. fol.* 20 *et* 43.

3) *Fol.* 11', *l. III, c.* 2, *infra p.* 30, *n.* *.

4) *Alia nonnulla verba non per Nithardum scripta, sed per scribam videntur esse addita, vide infra p.* 1, *n.* g, *p.* 40, *n.* a.

5) *Lauer l. c. p. XXXVI sq.*

6) *Qui folio* 1. *in margine inferiore nomen* Petavius *et in superiore parte dextera bibliothecae signum* Q. 50 *inscripsit; cf. etiam infra p.* 17, *n.* g. — *Annotationum textui saec. XVI. ex. aut XVII. inc. duabus manibus in marginibus vel inter lineas additarum num quasdam Petrus Pithoeus scripserit, videtur esse dubium; cf. Lauer l. c. p. XXXVI, n.* 1; *a quibuscumque tamen scriptae sunt, nullius auctoritatis ideoque in editione omittendae sunt. De illo qui lacunas in divisione regni Lotharii describenda hiantes (infra p.* 41, *n.* a*) expleverit, Pithoeus, Annal. et hist. Franc. SS. coaet. XII, ed.* 2, *p.* 478, *dicit:* nuper admodum quidam sic supplere tentavit; *cf. etiam p.* 47, *n.* d. *Eodem fere tempore numeri foliis adscripti sunt.*

a. 1650. *ab Alexandro filio eius Christina Sueciae regina emit nec multo post inter alios libros manu scriptos papae dono dedit. Bibliothecae palatinae Vaticanae sub nr.* 1964. *inlatus liber bello a.* 1797. *gesto Parisios rediit neque unquam magistratibus Romanis redditus, sed a.* 1815. *pretiosissimum hoc Franciae historiae monumentum Parisiis reservatum est. Quod quia bibliothecae custodibus palam fateri periculosum videbatur, per multos annos quam diligentissime occulebatur. Etiam G. H. Pertz, qui haec ita se habere iam suspicabatur, a.* 1828. *primam editionem suam parans non ipsum codicem, sed tantum variam lectionem eius accuratissime exscriptam nactus est; at alio decennio elapso cum iterum Parisios adiret, librum ipsum manibus tractare licuit, qui demum a.* 1863. *brevi quidem notitia commemoratus* [1] *iterum in publico apparuit.*

Apographum saec. XV. inc. exaratum [2], *originem ducens e monasterio S. Victoris Parisino* [3], *nunc exstat in bibliotheca publica Parisina, 'Fonds latin' nr.* 14663 *(antea S. Victoris nr.* 287*). Qui liber chart., folii minoris,* 305 *foliorum, post multa alia opera* [4] *Nithardi Historias et Flodoardi Annales continet. Nomina sanctorum codici alteri in margine postea addita et verba iuramentorum Argentinae a.* 842. *datorum fol.* 286. *dimidio vacante omissa sunt. Cuius libri ex illo descripti lectionis variae nisi paucis locis, quibus illius verba legi iam non possunt, ratio habenda non erat.*

Cum primus P. Pithoeus codicem S. Medardi typis excudendum curasset [5], *a.* 1636. *Andreas du Chesne ope eiusdem, sed et coniecturis haud raro vanis receptis, editionem alteram instituit* [6], *quae ab Iohanne Schilter* [7], *a Martino Bouquet* [8], *ab J.-P. Migne* [9] *repetita est. M. Bouquet aliquot apographi S. Victoris lectiones et annotationes ex scriptoribus coaetaneis desumptas operi subiecit. Editionem, quam G. H. Pertz a.* 1829. *in MG. paravit* [10], *inter Scriptores rerum Ger-*

1) *L. Delisle, 'Inventaire des manuscrits conservés à la bibliothèque impériale sous les nr.* 8823—11503 *du fonds latin', p.* 49: 9768. 'Histoire de Nithard.' IX. s. 2) *Cf. Brakelmann l. c.; Couderc l. c.; Lauer l. c. p. XLIV. et supra p. XI.* 3) *Ut fol.* 1. *adscriptum:* Hic liber est Sancti Victoris Parisiensis *etc.* 4) *Quae enumeravit L. Delisle, 'Inventaire des manuscrits de l'abbaye de St.-Victor', Paris.* 1869, *p.* 36 *sq.* 5) *V. supra p. XI, n.* 6, *ed.* 1. *Parisiis* 1588; *ed.* 2. *Francof.* 1594, *p.* 433—488. 6) *Libri supra p. X, n.* 2. *laudati p.* 359—380. 7) *SS. rerum Germ., Argentorati* 1702, *p.* 83—108. 8) *Rer. Gallic. et Francic. SS. VI* (1749), *p.* 67—72; *VII, p.* 10—33. 9) *Patrol. Lat. t. CXVI* (1852), *col.* 45—76. 10) *SS. II, p.* 651—672, *quarum paginarum numeri sequenti editioni in margine adscripti sunt.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

manicarum a. 1839. iterumque a. 1870. codice a Wilhelmo Arndt denuo collato repetivit. Proximus A. Holder opus Nithardi edidit[1], sed, ut ita dicam, potius litteras eius diligentissime expressit, non editionem, qua facile uti possemus, adornavit; sed indicem nominum subdidit.

In linguam Francicam Historias verterunt L. Cousin[2] et F. Guizot[3], in Germanicam annotationibus docte adornatas J. v. Jasmund[4], quam versionem W. Wattenbach b. m. emendavit[5].

In nostrum usum codicem iterum contulit V. Cl. H. Lebègue, operum nostrorum in urbe Parisina benevolus adiutor, sed etiam quae Ph. Jaffé b. m. proprio usui olim accuratissime exscripserat quaeque post obitum eius ad collectiones nostras pervenerunt, et exemplum, quod M. Enneccerus dedit[6], haud sine fructu adhibui.

Quibus instructus subsidiis textum ad normam codicis unici vetustate ac bonitate praestantis restitui, a quo rarissime tantum et nonnisi cum sensus id exposceret ac flagitaret, recessi; verborum autem distinctionis rationem non habui. Quae manu scribae vel ab aliis leguntur correcta, in notis attuli. Ubi codex e pro ae praebet, retinui; p̄ expressi prae, ubi praepositio, aliis locis ita, ut vulgaris verbi scribendi ratio est; pro q̄ scripsi quae; ę pro ae sive oe in notas reieci; u pro v et uu pro w in solis verbis iuramentorum Francicis et Germanicis retinui. Numeros scripsi sicut leguntur in codice litteris Romanis expressi aut verbis. Idque fere doleo, quod sententiarum interpunctiones et distincta intervalla non ubique ita recipere potui, sicut in codice cernuntur, cum ipse illum non viderim. Capitum distinctiones instituit A. du Chesne, quem omnes editores secuti sunt.

Iuramenta quae dicuntur Argentoratensia, veterrima linguarum Francicae et Germanicae monumenta[7], saepissime edita, multi viri docti verba interpretari aut emendare conati sunt[8]. Foliorum has formulas continentium compluries


1) 'Germanischer Bücherschatz' VI, Friburgi Brisg. et Tubingae 1882. 2) 'Hist. de l'empire d'Occident' I (Paris. 1683), p. 317 sqq. 3) 'Collection des mémoires relatifs à l'histoire de France' III (Paris. 1824), p. 425—497. 4) 'Geschichtschr. der deutschen Vorzeit' 1851. 5) Ed. 2. (1877), saec. IX, t. V; ed. 3, Lips. 1888. 6) Cf. infra p. XIV, n. 1. 7) Infra p. 36 sq. 8) Omnes fere locos, quibus de eis agitur, enumeraverunt Reiffenberg, 'Chronique de Philippe Mouskes' I (Brux. 1836), p. CIV, n. 3; II (1838), p. IV, n. 1; Massmann, 'Die kleinen Sprachdenkmale des 8.—12. Jh.', Quedlinburg 1839, p. 57;

imagines expressae sunt[1]. *Verba iuramentorum quam accuratissime reddidi nihilque nisi menda manifesta correxi et nonnulla quae philologi emendaverunt in notis adscripsi*[2].

Berolini pridie Nonas Februarias a. MDCCCCVII.

ERNESTUS MÜLLER. 5

Gasté l. c. p. 14 *sqq.; Ed. Koschwitz, 'Kommentar zu den ältesten französ. Sprachdenkmälern' I* (1886), *p.* 2 *sq.; idem, 'Les plus anciens monuments de la langue Française', ed.* 5 (1897), *p.* 1 *sq.; quibus addo quae scripserunt A. Krafft, 'Les serments Carolingiens de* 842. *à Strasbourg en roman et tudesque avec nouvelles interprétations linguistiques* 10 *et considérations ethnographiques', Parisiis* 1901, *quem librum ipse non vidi, sed qui ab omnibus, qui eius iudicium fecerunt, repudiatus atque reiectus est (cf. E. Steinmeyer, 'Jahresber. über die Erscheinungen auf dem Gebiete der german. Philol.' XXIV* (1902), *p.* 62; *XXV* [1903], *p.* 77*); H. Suchier, 'Die Mundart der Strassburger Eide', in 'Beitr.* 15 *zur roman. und engl. Philol. Festgabe für W. Foerster', Halis* 1902, *p.* 199—204. 1) *Quorum exemplorum omissis tam eis, quae manu, non arte photographica, effecta, quam illis, quae libris de historia universali vel litteraria scriptis addita sunt, haec affero: Amplissimum, folia* 12'—13' (*l. III, c.* 4: coeperunt; essetque procul, *infra p.* 34, 20 *l.* 9, *usque ad c.* 6: notos contigi solet, *p.* 38, *l.* 23*) continens M. Enneccerus, 'Die ältesten deutschen Sprachdenkmäler', Francof. ad M.* 1897, *tab.* 34—36, *dedit; folium* 13. *(c.* 5: Lodharius me et, *p.* 35, *l.* 16. *usque ad* Teudisca autem lingua, *p.* 37, *l.* 1*) praebent Gaston Paris, 'Les plus anciens monuments de la langue française, Album* 25 *(Société des anciens textes français)', Parisiis* 1875, *tab.* 1; *E. Monaci, 'Facsimili di antichi manoscritti', Roma* 1881—1892, *nr.* 91; *'Facsimilés de manuscrits grecs, latins et français du V. au XIV. siècle exposès dans la galerie Mazarine', Paris.* 1901, *tab. XXXV; folii* 13. *columnam* 2. (unumquemque vestrum absolvo, *p.* 36, *l.* 3 *sqq.*) *L. De-* 30 *lisle, 'Le cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale. Planches', Paris.* 1881, *tab. XXX, nr.* 1; *L. Petit de Julleville, 'Histoire de la langue et de la littérature française' I (Paris.* 1896*), post p. LXXVI; sola Francica iuramentorum verba dedit A. Gasté l. c. iuxta titulum.* 2) *Pugnam Fontaneticam apud Fontenay-près-Chablis, non apud* 35 *Fontenoy-en-Puisaye esse commissam Vaulet, 'La bataille de Fontanet près d'Auxerre (*25. *juin* 841*)', Paris.* 1900, *demonstrare temptavit, quod mox in 'N. Archiv' refellendum mihi est.*



[illegible]

– Atti Officio – [illegible]

[illegible] M. v. Kn. (1. 79 / 475) [illegible] (1. 39 / 28 [illegible] M. v. K. 80)

LIBER PRIMUS.

(*SS. II, p. 651.*) *Cum, ut optime, mi domine, nosti[a], iam poene annis duobus illatam[b] a fratre vestro persecutionem vos vestrique haudquaquam meriti pateremini, antequam Cadhellonicam[c] introissemus civitatem[1], precepistis, ut res vestris temporibus gestas stili officio memoriae traderem. Oportuna quidem placidaque res, fateor, fuerat praecepta, si otium tanti negotii, ut digne exsequeretur, fuisset concessum; nunc autem, si quid minus vel incultius, quam oportuerit pro rerum magnitudine, huic operi inveneritis insertum, tanto facilior venia a vobis vestrisque[d] mihi debetur, quanto me nostis eodem turbine, quo et vos, dum hoc opus peregerim, esse agitatum. Praeterire autem ea quae temporibus pii patris vestri gesta sunt disposueram, sed facilius cuilibet legenti altercationum vestrarum veritas patebit, si quaedam, que suo in tempore contigisse novimus, summotenus praelibavero. Avi quoque insuper vestri venerandam memoriam per omnia obmittere ratum minime videtur; ac per hoc textus hinc sumat exordium.

1.[e] Karolus bone memoriae et merito Magnus imperator ab universis nationibus vocatus, hora videlicet plus minus[f] diei tertia[g], in senectute bona decedens omnem Europem[h] omni bonitate repletam reliquit[i], vir quippe omni sapientia et omni virtute humanum genus suo in tempore adeo praecellens, ut omnibus orbem inhabitantibus terribilis, amabilis pariterque et admirabilis videretur, ac per hoc omne imperium omnibus modis, ut cunctis manifeste claruit, honestum[k] et utile effecit. Nam super omne, quod ammirabile fateor fore, Fran-

814. (*Ian 28*).

a) *ita c.* b) illatātam *c.* c) Cadellonicam *corr.* Cadhellonicam. d) uestrisquę *c.* e) *capitum numeri desunt in c.* f) minimus *c.* g) hora — tertia *ex Einhardi Vita Karoli M. c. 30, SS. R. Germ. ed. 5. p. 30, l. 29, per scriptorem perperam esse addita Meyer von Knonau l. c. p. 92, n. 2. censet.* h) *ita c.* i) reliquid *c.* k) honeste *c.*

1) *Medio mense Maio a.* 841, *vide infra p.* 23; *cf. Chr. Paetz, De vita et fide Nithardi p.* 9, *et G. Meyer von Knonau, 'Ueber Nithards vier Bücher Geschichten' p.* 128.

corum barbarorumque ferocia ac ferrea corda[1], quae nec Romana potentia domare valuit, hic solus moderato terrore ita repressit, ut nihil in imperio moliri, praeter quod publicae utilitati congruebat, manifeste auderent. Regnavit feliciter per annos duos et XXX^ta^ imperiique gubernacula nihilominus cum omni felicitate per annos quattuordecim possedit.

2. Heres autem tante sublimitatis Lodhuwicus, filiorum eius iusto matrimonio susceptorum[a] novissimus, ceteris decedentibus successit. Qui ut pro certo patrem obisse comperit, Aquis ab Aquitania protinus venit; quo undique ad se venientem populum absque quolibet impedimento suae ditioni addixit, de ceteris, qui sibi creduli videbantur, deliberaturus[b]. Initio quidem imperii suscepti pecuniam ingenti numero a patre relictam trifariam dividere iussit et unam partem causa[c] funeris expendit, duas vero inter se et sorores suas a patre iusto matrimonio susceptas divisit[2], quas et instanter[d] a palatio ad sua monasteria abire[e] praecepit. Fratres quoque adhuc tenera aetate, Drugonem, Hugonem et Teodericum, participes mensae effecit, quos et in palatio una secum nutriri praecepit, et Bernardo nepoti suo, filio Pippini, regnum Italiae concessit. Qui quoniam 817. ab eo paulo post defecit, capitur et a Bertmundo 818. Lugdunensis provinciae praefecto luminibus et vita pariter privatur. Hinc autem metuens, ne post dicti fratres populo sollicitato eadem facerent, ad conventum publicum eos[f] venire praecepit, totondit ac per monasteria sub libera custodia commendavit. Quo peracto filios suos iusto matrimonio iunxit[g.3] et universum im- 821. perium inter eos ita divisit, ut Pippinus quidem Aqui-

a) susceptis *c.* b) *codicis lectionem* deliberatis *depravatam neque, ut in SS. R. Germ. ed. 2. p. 2, recipiendam esse apparet; prima quidem editione sua, SS. II, p. 651, G. H. Pertz* deliberans *emendaverat;* deliberaturus *iam Chesnius, Hist. Franc. Script. II, p. 360, coniecit; cf. similem locutionem l. I, c. 4. 5. 7. 8; l. IV, c. 4. B. Simson, 'Jahrb. Ludwigs des Fr.' I, p. 15, n. 3,* de ceteris cum eis, qui sibi creduli videbantur, deliberaturus *proposuit. Loci sensum etiamnunc obscuriorem remanere nolim negare.* c) causam *c.* d) *litterae* er *fortasse recenti manu additae sunt.* e) abirę *c.* f) *eadem manu superscripto* i *perperam in* eis *mutatum.* g) iunexit *c.*

1) *Verg. Aen. I,* 302: ferocia Poeni corda *affert M. Manitius, 'Neues Archiv' IX, p.* 617. 2) *De thesaurorum divisione Nithardus minus accurate nos docet; immo quae pater testamento praeceperat (Einhardi Vita Karoli M. c.* 33, *l. c. p.* 33 *sq.), Ludowicus perfecit; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 13; *Simson l. c. I, p.* 16, *n.* 1; *Mühlbacher, Reg. imp. I, ed.* 2, *nr.* 519*i.* 3) *Lotharium a.* 821, *Pippinum sequenti anno, Ludowicum demum a.* 827.

46! (v. 768 Okt. 9 an gezeichn.

Karl 1. S. ...) †811
Pippin 2. S. Kö. d. Gem. Hildegard (urspr. Karlmann) 781 (c. 4 jähr.) Kg. v. Ital. †810 (33 J. alt)
Ludwig 3. S. — — Sommer 778 geb., hatte 806 Aquitan. u. Waskon. erh.
Sept. 813 Mitkaiser

Karls Beisetzg. im Sarkophag i. e. antiken Sarg (Raub d. Proserpina) — Thietmars (−1018) Bericht über die Graböffng. i. J. 1000 (= in solio = i. Sage)

! Vielmehr (entspr. dem Testament K. d. Gr.) Pflichtteil an die Schwestern; Verteilg. d. übrigen an die Metropolit. Kirchen, d. Armen, die Hofdienerschaft.

Drogo (S. K. d. Gr. u. d. Regina) Bisch. (die anderen jünger), später B. v. Metz u. Erzkapellan
Hugo — (Abt v. S. Quentin) [illegible]
Th. [illegible] d. Adalindis

Bernhard Sept. 813 z. Kg. v. Ital. erhob., unter Leitg. Adalhards v. Corbie

Judith d. T. d. Gr. Welf (i. Alemann., auch in Baiern begütert; ihre Mutter aus Sachsen?)

Gr. Bernhard aus fränk., dem Kgshause verwandten Adelsgeschlecht – s. Vater Wilh. [illegible] zum Graf. v. Toulouse erhoben. B. 824 mit Dodona verm. Graf v. Barcelona, 829 z. Kämmerer (= Schatzmeister u. Oberleit. d. Hofwesens) ern., als solcher unter d. Aufsicht der Kgin (B. u. Judith!)

K. erhält 829 Alem. u. Elsass, (Chur-) Rätien u. e. Teil v. Burgund [illegible]
– per edictum – durch kaiserl. Erlass, also wohl ohne Zustimmung d. Reichsvers.
Dadurch Loth. [illegible] gekränkt

Empörung 830 (Wala v. Corbie, Hilduin v. S. Denis, Agob. v. Lyon)
Judith ins Kl. d. hl. Radegunde (S. Croix) in Poitiers

taniam, Lodhuwicus autem Baioariam, Lodharius vero post discessum eius universum imperium haberet, cui et una secum imperatoris nomen habere concessit[1]. Interea Irmengardis regina materque illorum decessit, 818. ac paulo post Lodhuwicus imperator Iudith in matrimonium sumpsit, ex qua Karolus creatur. 819.

3. Karolo quidem nato, quoniam omne imperium 823. inter reliquos filios pater diviserat, quid huic faceret, ignorabat. Cumque anxius[a] pater pro filio filios rogaret, tandem[b] Lodharius consensit ac sacramento testatus est, ut portionem regni quam vellet eidem pater daret, tutoremque ac defensorem illius se fore contra omnes inimicos eius in futuro iurando firmavit. Instigante autem Hugone[2], cuius filiam in matrimonium Lodharius duxerat, ac Mathfrido[3] ceterisque, sero se hoc fecisse *p. 652. penituit et, quem*admodum illud quod fecerat annullare posset, querebat. Quod patrem matremque minime latuit; ac per hoc hinc inde quod pater statuerat Lodharius diruere, etsi non manifeste, occulte studebat. Ad quod Bernardum quendam, ducem Septimaniae, pater 829. in supplementum sibi sumens camerarium constituit Karolumque eidem commendavit ac secundum a se in imperio praefecit. Qui dum inconsulte re publica abuteretur, quam solidare debuit, penitus evertit. Per idem tempus Karolo Alamannia per edictum traditur. Tum tandem Lodharius[c] quasi iusta quaerimonia[d] re- 830. perta tam fratres quam et universam plebem veluti ad restaurandum[e] rei publicae statum animabat[4]. Quam ob rem pariter cum omni populo patri ad Compendium superveniunt, reginam velaverunt, fratres[f] eius Cunradum et Rodulfum[g] totonderunt atque in Aquitaniam servandos[h] Pippino commiserunt. Bernardus quoque fuga lapsus in Septimaniam se recepit; Eribertus frater eius captus ac luminibus privatus in Italia custodiendus

a) anexius *c.* b) *radendo ex* tamdem *corr.* c) lodhatrius *c.* d) querimonia *c.* e) restaurandam *corr.* restaurandum. f) frib; (fratribus) *c.* g) rudulfum *corr.* rodulfum. h) seruando *c.*

1) *Quod mense Iulio a.* 817. *Aquisgrani constitutum, in conventu Noviomagensi mense Maio a.* 821. *confirmatum est; de qua confirmatione Nithardus retulisse videtur; cf. Paetz l. c. p.* 16. 2) *Comite Turonensi.* 3) *Comite Aurelianensi.* 4) *Cuius seditionis nobiles imperii auctores erant, non ipse Lotharius, tunc absens in Italia; unde reversus quae gesta erant probavit; cf. Reg. imp. I, ed.* 2, *nr.* 874*a.*

830. traditur[a]. Et Lodharius quidem, eo tenore re publica adepta, patrem et Karolum sub libera custodia servabat; cum quo monachos, qui eidem vitam monasticam traderent et eandem vitam illum assumere suaderent, esse praeceperat[1]. Res autem publica, quoniam quisque cupiditate illectus sua querebat, cotidie deterius ibat. Quam ob rem tam monachi, quos supra memoravimus, quam et ceteri, qui quod factum fuerat dolebant, illum percontari[b] coeperunt[c], si res publica eidem restitueretur, an eam pro viribus erigere ac fovere vellet, maximeque cultum divinum, quo omnis ordo tuetur ac regitur. Quod quia facile confessum, in restauratione eius otius consensum est; assumptoque Guntbaldo quodam monacho[2] sub specie[d] religionis in hoc negotio ad Pippinum Ludovicumque, filios eius, occulte direxit, promittens, si in sua restitutione una cum his qui hoc cupiebant adesse voluissent, regnum utrisque se ampliare velle. Ac per hoc perfacile cupideque paruere; conventuque[e] condicto[f] regina et fratres eius eidem restituuntur[3], ac plebs universa ditioni eius se subdidit.
831. Hinc hi qui cum Lodhario senserunt in concilium deducti et ab ipso Lodhario ad mortem diiudicati aut[g] vita donata in exilium retrusi sunt. Lodharium quoque sola Italia contentum ea pactione abire permisit, ut extra patris voluntatem nihil deinceps moliri in regno temptaret. Cumque se haec ita haberent, et res publica paululum respirari[h] videretur, confestim Guntbaldus monachus, quem supra memoravimus, quia multa in resti-

a) traditus *corr.* traditur. b) percuntari *corr.* percontari. c) cęperunt *c.* d) speciȩ *c.* e) conuentũque *c.* f) condito *corr.* condicto. g) *Simson l. c. II, p. 2, n. 2. quaerit, nonne* at *emendandum sit.* h) *sic c.*

1) *Nithardus ea quae hanc primam et quae secundam a.* 833. *contra imperatorem motam seditionem secuta sunt compluries confudit. Demum a.* 833. *imperatorem in coenobio S. Medardi Suessionensi inclusum esse constat cum monachis, qui ei persuaderent, ut saeculo relicto in monasterium se conferret; cf. Simson l. c. I, p.* 356, *n.* 1. *et p.* 391; *E. Dümmler, 'Gesch. des Ostfränk. Reiches', 2. ed., I, p.* 58, *n.* 4. 2) *Hunc Guntbaldum tam bene de restituendo imperatore meritum esse quod nemo nisi Nithardus tradiderit, mirum est; cf. Simson l. c. I, p.* 357, *n.* 3. *Ille Guntbaldus, qui diploma Campidonensi monasterio a.* 831. *impetravit (Reg. imp. I, ed. 2, nr.* 883*), in notis Tironianis diplomati additis et a V. Cl. M. Tangl in schedis nostris explanatis abbas appellatur, unde subdubito, num idem fuerit monachus.* 3) *Non primo conventu Noviomagi a.* 830. *Oct. habito, quo imperator restitutus est, sed proximo demum Aquisgrani a.* 831. *Febr. imperatrix recepta est.*

— Ludw. bleibt Kaiser, aber d. Recht bei Lothar (aus d. 2. Hälfte d. J. 830 nur Urkunden, die von Reich u. ... ausgestellt)

vgl. S. 60ff. (Nithard ist viel also bei Darstellg. d. Ereignisse v. 833 die Vorgänge v. 830 recht bewusst — ... gerade ... selbstverst.

S. 6 Z. 12ff.

zu Astron. c. 45 ... ...)

Okt. 830 Reichsvers. zu Nimwegen

Febr. 831 Reichsvers. zu Aachen (Loth., Pipp., Ldw. d. D. ... Ehevertrag, die nach des Kaisers Tod in Kraft treten soll. Pippin erhält zu Aquitanien das L. zw. Loire u. Seine u. (28?) Gaue jenseits der Seine. — Ludw. d. D. zu Baiern: Thüringen, Ripuarien (um Köln), Sachsen, Friesld., Gelb. u. Gaue i. d. Niederld. — Karl (d. Alam.): Burg.-Gau ... Pippins Teil), Provence, Gotien u. einige Gaue in Mittelfranzien (im Gebiet der Marne, Maas u. Mosel)

Judith zurück u. wiedr. d. Einfluss (v. 7. Nith. ... 834)

Mai 831 Reichsvers. zu Ingelheim, Lothar ... Kaiser

Okt. 831 ... reinigt sich durch e. Eid vor dem Kaiser L., Lothar u. Ludw. d. D. in Diedenhofen

Zu vgl. V. Hlud. (Astronom. c. 44, 45 (SS. 2, 602ff. (Michelb. u. 874 b, M. ... 4 f.

Thegan c. 36 (SS. 2, 589ff. (...)

Ann. Bertiniani z. 830 (SS. 1, 423

Paschas. Radb. V. Walae lib. II c. 9. 10 (SS. 2, 554, 553)

Agobard, Lib. apolog. (Opera 367) : SS. 15 I, 275–9

— (Haspelder Annalen z. 830 (Lamperti opera ed. H.-E. S. 22)

Ann. Remens. 830 (SS. 13, 81)

(Exauctoratio Hlud. : MG. Capit. 2, 53 (Hluduwic. v. 833)

H. Fuld.

a Metten.

[illegible] Teilg. [illegible] nach d. Tode des Kaisers gelten solle!

In Wahrheit soll d. Zusagen an Pippin u. L. nicht gehalten. Erhebg. Lo. u. L.D. Aug. 832, Apr. 832

(Heeresvers. i. Mg.) der Kaiser gegen ihn. Mai 832 [illegible] sich in Augsburg dem Kaiser

Sept. 832 Pippin (der Dez. 831 v. Aachen aus nach Aquitan. zurückgeg. war ohne Wissen d. Vaters) dort vom Kaiser „non tam benigne" wie sonst aufgen. (A. Bert.) nach Franken verwiesen (zw. Loire u. Marne) Okt. 832 entkommt P. nach Aquitan. Ergebnis: [illegible] Zug des Kaisers gegen P. u. d. Aquitanier

833 (Mühlb. 925 a)

Nov. 4 [illegible] Lothar in Pavia / Die Abstg. v. 817 war d. P. Paschalis I. ausdrückl. genehmigt wor[den]

Die ursp. Erbfolgeordg. soll aufrecht erh. w. – Darauf soll d. Papst hinwirken. [illegible] Ostern habe er d. Ausschreiben zu Fasten u. Gebet aufgefordert. Damit er das beim Kaiser erreiche (Cont. pax et concordia [illegible])

Die Kol. BB. entschieden geg. d. Papst: des Papstes Vorhaben entbehre d. kirchl. u. [illegible] Autorität (vgl. [illegible] Erwiderung)

Sie erinnern ihn [illegible] an d. Kaiser d. Treueid geleist.

H[illegible] Antwort Gregors: er habe d. Treueid gerade deshalb, [illegible] annunciavero ei omnia quae contra unitatem et pacem ecclesiae et regni committit (Migne 104, 307)

„Lügenfeld" (Thegan 42: campus-mendacii – V. Hludow. c. 48: Campus – Mentitus „ " Ann. Bertin.)

Haim im Medardusklost. zu Soissons: K. nach Prüm, Judith n. Tortona
(zw. Marne, Oise, nw. v. Reims) (5 v. [illegible] 9 v. Aless., SW v. Pavia)

1/10 833 Reichsvers. in Compiègne (l. an d. Oise, nördl. v. Paris)

Okt. – in Soissons Kirchenbuße Ludwigs – Lud. u. Loth. nach Comp., dann n. Aachen geh.
(Nov. 833)

tutione eius laboraverat, secundus in imperio esse vole- 831. bat; quod quoniam Bernardus, uti praemissum est, olim fuerat, summa industria iterum esse certabat. Pippinus quoque et Lodhuwicus, quanquam[a] eis regna, sicut pro-5 missum fuerat, aucta fuissent[1], tamen in[b] imperio ut post patrem primi essent, uterque laborabat; at illi, per quos tunc res publica tractabatur, voluntati eorum obsistebant.

4. Per idem tempus Aquitania Pippino dempta 832. 10 Karolo datur, et in eius obsequio primatus populi, qui cum patre sentiebat, iurat. Quod quidem hi, quos supra retulimus, graviter ferentes, ut res publica inutiliter 833. tractaretur, divulgant populumque quasi ad iustum regimen sollicitant; Walanam[2], Elisachar[3], Mathfridum 15 ceterosque, qui in exilium retrusi fuerant, custodia emittunt[c, 4]; Lodharium, ut rem publicam[d] invadat, compellunt; insuper autem et Gregorium Romane summe sedis pontificem, ut sua auctoritate liberius quod cupiebant perficere possent, sub eadem specie[e] magnis preci-20 bus in supplementum suae voluntatis assumunt. Quam ob rem imperator una cum omni quod habebat imperio, tres reges filiique eius adversus eum cum ingenti exercitu, insuper papa Gregorius cum omni comitatu Romano Elisazam confluunt iuxtaque montem Sigwaldi[5] 25 castra ponunt ac variis affectionibus populum, ut a patre deficeret, filii compellunt. Novissime quibusdam fuga lapsis, cum perpaucis pater capitur; uxor ab eo dempta in Langobardiam exilio mittitur, ac Karolus una cum patre sub magna custodia servatur[6]. Gregorius 30 siquidem papa iteneris[f] penitudine correptus tardius

a) quaquam *corr.* quanquam. b) ut *c.* c) custudie mittunt *c.* d) plublicam *c.* e) specie *c.* f) iteneris *corr.* itineris.

1) *De quo regnorum augmento cf. Mühlbacher l. c. nr.* 882; *Dümmler l. c. I, p.* 62, *n.* 2. 2) *Abbatem Corbeiensem.* 3) *Ab-35 batem, antea cancellarium.* 4) *Ex iis, quae Ann. Bertin. a.* 832, *SS. R. G. p.* 5, *de Mathfrido referunt, Simson l. c. II, p.* 4. *errasse censet Nithardum, qui illum in exilium missum esse dicat. Wala quoque hoc tempore ex exilio iam in monasterium suum reversus esse videtur; cf. Vitam Walae auct. Radberto l. II, c.* 14, *SS. II, p.* 560; 40 *Dümmler l. c. I, p.* 70. 5) *A Colmaria septentrionem et occidentem versus, ubi hodie vicus nomine Sigolsheim; cf. Mühlbacher l. c. nr.* 925*c; Dümmler l. c. I, p.* 77, *n.* 4. 6) *Patri apud S. Medardum incluso (cf. supra p.* 4, *n.* 1*) Karolus ablatus in Prumiam monasterium deductus est; cf. Simson l. c. II, p.* 63, *n.* 1.

833. quam vellet Romam revertitur. Et Lodharius quidem iterum eo tenore imperium adeptum, quod iniuste tam facile iterato[a] obtinuit, iterato facilius[b] iuste amisit. Nam Pippinus et Lodhuwicus videntes, quod Lodharius universum imperium sibi vindicare illosque deteriores efficere vellet, graviter ferebant; insuper autem, dum Huc, *Lambertus[1] atque Mathfridus, quis illorum secundus post Lodharium in imperio haberetur, ambigerent, dissedere[c] coeperunt[d] et, quoniam quisque eorum propria querebat, rem publicam penitus neglegebant. Quod quidem populus cernens molestus erat. Occurrebat insuper etiam filiis verecundia et penitudo, quod patrem bis honore privaverant, universe plebi, quod bis imperatorem dimiserant, ac per hoc hinc inde in restitutione 834. eius consentiunt et undique ad Sanctum Dyonisium, ubi tunc Lodharius patrem et Karolum servabat, affluere contendunt. Cernens Lodharius praedictam animositatem vires suas excedere, antequam conveniant, arma sumit, patrem ac Karolum dimittit itinereque arrepto Viennam petit. Plebs autem non modica, quae praesens aderat, et iam iamque Lodhario pro patre vim inferre volebat, rege recepto basilicam sancti Dyonisii una cum episcopis et omni clero confluunt, laudes Deo devote referunt, coronam[2] et arma regi suo imponunt et ad cetera deliberaturi contendunt. Lodharium pater persequi distulit, sed legatos, qui[e] eum citra[f] Alpes festinare iuberent[3], post illum direxit; Pippinum ad se venientem benigne excepit, gratias in eo, quod pro sua restitutione laboraverat, egit ac reverti[g] eum in Aquitaniam, uti petiverat, permisit. Hinc[h] inde fideles, qui evaserant et rem publicam regere consueverant, confluunt; cum quibus itenere[i] arrepto Aquis gematum[k] petit, tandemque Lodhuwicum venientem gratanter[l] ex-

*p. 653.

a) iteratus *c.* b) facilicius *c.* c) *ita c.* d) cęperunt *c.* e) quā *c.* f) *i. e.* ultra; *cf. W. Wattenbach in 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' saec. IX. t. V, ed. 3, p. 25, n.* 1. g) reuertenti *c.* h) Hic *corr.* Hinc. i) itenere *corr.* itinere. k) *Pertz, SS. II, p. 653, n. 6. et SS. R. Germ. ed. 2. p. 6, n. 3: 'i. e. hiematum'; dubitare licet, num haec vox potius corrupta sit, cum imperatorem demum post Idus Martias Aquasgrani ad celebrandum festum paschale (Non. April.) perrexisse constet; cf. Meyer von Knonau l. c. p. 95, n. 60; Reg. imp. I, ed. 2, nr. 926s—u.* l) gratenter *corr.* gratanter.

1) *Comes Namnetensis.* 2) *Coronam, imperii restituti insigne, Ludowico demum a.* 835. *in conventu Mettensi rursus esse impositam ceteri auctores referunt; cf. Simson l. c. II, p.* 130, *n.* 1. 3) *Immo imperator per legatos Lotharium admonuit, ut cum pace ad se reverteretur; cf. Simson l. c. II, p.* 98, *n.* 7; *Mühlbacher l. c. nr.* 926*q*.

c. Nov. 833
L. d. D. fordert v. Frankfurthaus (hier urk. er 15/10) Lotten auf, d. Vater milder zu behandeln
Lotten lehnt ab. Dez. zurückkehrt Lotten n. L. d. D. in Mz., Ludw. erneuert s. Bitte vergebl.

Jan. 834 Gesandte L. d. D. in Baden, in Beisein der Aufseher und d. Kaiser gelesen
Ab. z. Bewg. f. d. Kaiser → Ludw. L. d. [illegible] in Verbdg. m. Pippin
c. Febr. Lothar muss Kaiser Ludw. n. Paris

r. 14!

— Ende Febr. 834

— 834 1/3

cepit[1], quem et una secum causa praesidii esse praecepit. Interea hi qui Iudith in Italia servabant[2] audientes, quod Lodharius fugam inierat, et pater imperium regebat, arrepta Iudith fugam ineunt, Aquis prospere perveniunt, gratum munus imperatori deferunt. Verumtamen haud est thoro regio recepta, donec se criminibus obiectis innoxiam, quia criminator deerat, sacramento una cum propinquis coram plebe effecit[3]. 834.

5. Per idem tempus Mathfridus et Lantbertus ceterique a parte Lodharii poenes marcam Brittannicam morabantur[a]. Ad quos pellendos missus est Uodo[4] et omnes inter Sequanam et Ligerem degentes, qui manu valida collecta hinc atque inde convenerunt. Et hos quidem paucitas ac per hoc summa necessitas unanimes effecit, Uodonem autem et suos maxima multitudo securos, discordes et inordinatos reddidit. Quapropter proelio commisso fugerunt. Cecidit Uodo et Odo[5], Vivianus[6], Fulbertus[7] ac plebis innumera multitudo. Quod quidem citato cursu victores Lodhario notantes mandant, ut, quantotius posset, illis cum exercitu occurrat[b]. Qui libenter paruit et Cavillonum collecta manu valida venit, civitatem obsidione cinxit[8], praeliando triduum[9] obsedit et tandem urbem captam una cum ecclesiis[c] incendit. Gerbergam[10] more maleficorum[d]

a) *litterae* ur *vix legi possunt.* b) occurat *c.* c) ecclęsiis *c.* d) maleficarum *legendum esse Simson l. c. II, p.* 107, *n.* 11, *non sine ratione coniecisse videtur, poena demergendi imprimis mulieribus maleficis et veneficis debita; cf. J. Grimm, 'Deutsche Rechtsaltertümer' ed.* 4. *II, p.* 278.

1) *Ludowicus iam Carisiacum cum Pippino ad patrem venit; cf. Simson l. c. II, p.* 92, *n.* 6; *Mühlbacher l. c. nr.* 926*r.* 2) *Non Iudithae custodes, sed nonnulli imperatori in Italia fideles imperatricem liberatam reduxerunt; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 13; *Simson l. c. II, p.* 101, *n.* 5. 3) *Quod iusiurandum iam a.* 831. *ab imperatrice primum redeunte datum hoc demum loco narrans auctor erravit; cf. Simson l. c. II, p.* 5, *n.* 1; *Mühlbacher l. c. nr.* 881*a.* 4) *Comes Aurelianensis in Mathfridi locum substitutus.* 5) *Fortasse Guido comes Cenomannensis; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 129; *Mühlbacher l. c. nr.* 928*b.* 6) *Quod nomen ignotum aliis auctoribus corruptum atque in* Wilhelmum *emendandum esse Leibnitius, Annales imperii I, p.* 439, *iudicat; cf. et Simson l. c. II, p.* 104, *n.* 10. 7) *Comes quidam; cf. Ann. Bertin. a.* 834, *l. c. p.* 9. 8) *Aen. III,* 52: cingique urbem obsidione *affert Manitius, 'N. Archiv' IX, p.* 617. 9) *Quinque diebus acriter pugnatum esse Vita Hlud. c.* 52, *SS. II, p.* 639, *refert; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 4; *Mühlbacher l. c. nr.* 929*a.* 10) *Filiam Wilhelmi quondam Tolosani comitis, Bernhardi comitis sororem sanctimonialem.*

834. in Ararim mergi praecepit, Gozhelmum et Senilam[1] capite punivit, Warino[2] autem vitam donavit et, ut se deinceps pro viribus iuvaret, iureiurando constrinxit. Hinc autem Lodharius et sui duobus praeliis feliciter gestis magnanimes[a] effecti, universum imperium perfacile invadere sperantes, ad cetera deliberaturi Aurilianensem urbem petunt. Quod pater audiens e Francia manu valida collecta, insuper Lodhuwico filio suo cum universis, qui trans Renum morabantur, in auxilium sibi assumpto tantum facinus a filio in imperium commissum vindicaturus[b] perrexit. Lodharius quoque eadem spe, qua Francos abducere consuerat[c], animatus ire obvius ratum duxit; ac per hoc hinc inde confluunt supraque fluvium[3] iuxta villam[d] quae Calviacus dicitur[4] castra ponunt. Sed Franci, eo quod imperatorem bis reliquerant, poenitudine correpti et, ut deinde tale quid committerent, turpe iudicantes ad defectionem impelli[5] dedignati sunt; quam ob rem cum nec fuge nec proelii locum[e] videret, ea pactione novissime praelium diremit, ut infra dies statutos Alpibus excederet ac deinceps sine patris iussione fines Franciae ingredi non praesumeret et extra patris voluntatem in eius imperio deinceps nihil moliri temptaret[6]. Quod et ita se et suos servaturos tam is quam et sui sacramento firmaverunt.

6. His ita compositis pater, uti et cum quibus consueverat, imperium regebat. Videns autem, quod populus nullo modo diebus vitae suae illum relinquere, 837. uti consueverat, vellet, conventu Aquis hieme indicto portionem regni his terminis notatam Karolo dedit: Id est[7] a mari per fines Saxoniae usque ad fines Ribuario-

a) magnanimis *corr.* magnanimes. b) uindicarus *corr.* uindicaturus. c) *sic hoc loco c.* d) *littera* a *vix,* m *iam non legi potest.* e) *signum abbreviationis litteram* m *designans cognosci iam non potest.*

1) *Comites.* 2) *Matisconensium comiti.* 3) *Scil. Ligerim.* 4) *Hincmar., De villa Novilliaco, SS. XV, p.* 1168 *('N. A.' XXIII, p.* 197*)*: ad villam quae Calciacus dicitur. *Qui locus haud procul a Bleso castello (Blois) fuisse situs videtur. Mühlbacher l. c. nr.* 931*d. Chouzy (cant. Herbault) esse censet. Aliter A. Chr. Wedekind, 'Noten zu einigen Geschichtschreibern' II, p.* 449, *n.* 660, *vicum hodie Chevilly nominatum ab Aurelianensi urbe septentrionem versus parvo spatio distantem esse putat; cf. et Simson l. c. II, p.* 112, *n.* 6. 5) *Quod num Lotharius temptaverit, Mühlbacher l. c. nr.* 931*d. dubium esse censet.* 6) *Eadem fere verba supra c.* 3, *p.* 4. 7) *Sequentia ex tabula assumpta esse videntur, quam etiam Prudentius, Ann. Bertin. a.* 837, *l. c. p.* 14, *exscripsit; cf. Simson l. c. II, p.* 172. *De comitatibus infra notatis cf.*

Gerberga als Hexe u. Giftmischerin

Lothar u. s. Schwiegerv. Herzog Matfrid unterwerfen sich

am Ausschluß v. Thegan
54 u. 55

Febr. 835 Allg. Reichsvers. z. Metz, fast alle BB. u. Äbte zugegen. Ludw. wieder feierl. anerk. (Urk. gez. einzeln. Bischöfe); die BB. setzen ihm [illegible] die Krone auf in d. Stephanskirche z. Metz. (Anf. 835 in Diedenhofen [illegible] Ebo v. Reims, da d. Kaiser u. d. BB. gegenüber sind)

v. d. Emsmündg. die Ems aufwärts, über [illegible] Grenze [illegible] zum Rhein, d. Maas, diese aufwärts bis Maastricht, dann süd. bis z. obere Mosel (Toul), von da Südwest-über Marne u. obere Seine an Auxerre. D. Seine [illegible] die Seine abwärts bis z. Meer.. [illegible] Teil der [illegible] Seine u. Loire (c. 17 2)

(?) (so Dümmler (vgl. Nithard c. 70!)

Aug. 838 erfährt der Kaiser, dass L. d. D. mit Lothar e. Zusammenkunft haben. Sie treffen [illegible] (Tal von Trient nach d. [illegible]). Der Kaiser über die Nachr. sehr aufgebracht.

In der Osterwoche [1. IV.] kommt L. d. D. nach des Vaters Verlangen nach Aachen, [illegible], dass er bei der Zus. k. mit Lothar [illegible] gegen des Vaters [illegible] hat. L. d. D. [illegible], soll im Mai wieder in Nymwegen vor d. Kaiser erscheinen.

(vgl. Astronomus K. 59)

[N. [illegible] [illegible] d. Berlin]

(Reichs-Tag, Juni 838 dort — Aber neuer Streit zw. [illegible] d. Vater [illegible] deshalb, weil L. d. D. ihm Elsass, Sachsen, Thüringen, Ostfranken, Alam. entzog.

(Normanneneinfälle!

rum totam Frisiam et per fines Ribuariorum comitatus 837.
*p. 654. Moilla [1], Haettra [2], Hammolant [3], *Masagouwi [4], deinde vero quicquid inter Mosam et Sequanam usque Burgundiam una cum Viridunense consistit et de [5] Burgundia
5 Tullensem, Odornensem [6], Bedensem [7], Blesensem [8], Pertensem [9], utrosque Barrenses [10], Brionensem, Tricasinum, Autisioderensem, Senonicum [a], Wastinensem [11], Miliduensem, Stampensem, Castrensem [b, 12], Parisiacum et deinde per Sequanam usque in mare Oceanum et per
10 ipsum mare usque in Frisiam, omnes videlicet episcopatus, abbatias [c], comitatus, fiscos et omnia infra praedictos fines consistentia cum omnibus ad se pertinentibus, in quacumque regione consistebant et sui iuris esse videbantur, una cum auctoritate divina atque paterna
15 praefato filio suo Karolo dedit, firmumque ut permaneret, Dei omnipotentis clementiam exoravit. Hilduinus autem abbas ecclesiae sancti Dyonisii et Gerardus comes Parisius civitatis ceterique omnes praedictos fines inhabitantes convenerunt fidemque sacramento Karolo
20 firmaverunt. Quod quidem Lotharius [d] et Lodhuwicus audientes graviter ferebant, unde et colloquium indixerunt. Ad quod venientes [13], cum nihil ex his indignari se posse viderent, callide dissimulantes quippiam se contra patris voluntatem moliri velle, discesserunt; 838. (Mart.)
25 verumtamen ob id colloquium commotio non modica exorta est, sed facile quievit. Hinc autem Carisiacum mediante Septembrio [14] venit seditionemque quandam Sept.

a) Senocum *corr.* Senonicum. b) Castrænsē *c.* c) abatias *corr.* abbatias. d) *sic hoc loco c.*

30 *J. v. Jasmund, 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' saec. IX, t. V, ed. 3, p. 13, n. 2; A. Longnon, 'Atlas historique de la France', text. p. 96—132, tab. VIII.* 1) *Circum Nersam (Niers) fluvium superiorem.* 2) *I. e. Hattuaria, a priore comitatu septentrionem et orientem versus in utraque ripa Rheni fluminis.* 3) *In dextera ripa Rheni inferioris.*
35 4) *In utraque ripa Mosae fluminis.* 5) *I. e. deorsum, inde a, comitatibus iam recensendis extra Burgundiam sitis.* 6) *In ripis Odornae (Ornain) fluvii, qui in Matronam fl. defluit.* 7) *Inter Odornensem et Tullensem.* 8) *Circum Blesam (Blaise) fluvium.* 9) *Ab Odornensi occidentem versus ad Matronam fl.* 10) *Circum oppida Bar-le-Duc et Bar-sur-Aube*
40 *hodie nominata.* 11) *A Senonico occidentem versus, hodie 'le Gâtinais'.* 12) *Circum oppidum Castrum, Châtres, hodie Arpajon nominatum.* 13) *In vallem Tridentinam, Ann. Fuld. a. 838, SS. R. G. p. 28.* 14) *Imperatorem ante medium mensem Septembrem, fortasse iam medio Augusto, ut Ann. Bertin. a. 838, l. c. p. 15, tradunt, Carisiacum venisse*
45 *diplomata docere videntur; cf. Reg. imp. I, ed. 2, p. 397 sq., nr. 978b—982a; Simson l. c. II, p. 180, n. 1.*

838. similiter perfacile sedavit[1] ac[a] praefato Karolo arma et coronam nec non et quandam portionem regni inter Sequanam et Ligerem dedit, Pippinum ac Karolum, ut videbatur, unanimes effecit ac deinde Pippinum in Aquitaniam abire cum gratia permisit, Karolum vero in 5 partem regni, quam illi dederat, direxit. Quo veniens, omnes hos fines inhabitantes ad illum venerunt et fidem sacramento commendati eidem firmaverunt.

Eodem tempore nuntiatur, quod Lodhuwicus a patre suo descivisset et quicquid trans Renum regni 10 continebatur sibi vindicare vellet; quod pater eius audiens indicto conventu Magonciacum venit[b] ac tra-839. iecto exercitu fugere illum in Baioariam[c] compulit. Post Aquis exultans rediit[2], quoniam, quocumque se verterat, nutu divino victor erat. Veruntamen ingruente 15 senili aetate et propter varias afflictiones poene decrepita imminente, mater ac primores populi, qui in voluntate patris pro Karolo laboraverant, metuentes, si infectis rebus decederet, odia[d] fratrum usque ad internitionem sibi insurgere, ratum duxerunt, ut quemlibet e 20 filiis pater in supplementum sibi assumeret, et, si post discessum eius ceteri[3] concordes esse nollent, saltem hi duo unanimes effecti valerent resistere invidorum factioni. Cumque necessitate instante ac per hoc assiduis meditationibus in hac electione versarentur, universorum 25 sententia consensit, si Lodharius certum se in hoc negotio praebere vellet, cum eo foedus[e] iniri debere. Nam, uti praemissum est[4], idem olim[f] patri matrique ac Karolo iuraverat, ut partem regni quam vellet pater eidem daret, et eandem se consentire et protegere illi contra 30 omnes inimicos omnibus diebus vitae suae deberet. Quam ob rem missos deligunt et in Italiam ad Lodharium mittunt promittentes, si patris voluntatem dein-

a) a *c.* b) magonciā conuenit *c.* c) baioriam *corr.* baioariam. d) odio *c.* e) fędus *c.* f) olim *supra lineam additum.* 35

1) *Haec seditio qualis fuerit, ceteris auctoribus silentibus certo scire non possumus; cf. Simson l. c. II, p.* 182, *n.* 1—3; *Mühlbacher l. c. nr.* 982*a.* 2) *Minime Aquasgrani imperator reversus est; vide Reg. imp. I, ed.* 2, *p.* 400 *sq., nr.* 984*f* — 993*b.* 3) *Quae cum agitarentur, Pippinus rex iam mortuus erat; quod Nithardo hoc loco praetermittente neque* 40 *nisi infra initio cap. VIII. referente, quae dicit de Lothario reconciliando et de divisione imperii inter ipsum et Carolum facta haud bene intelleguntur; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 3. *et p.* 93, *n.* 33; *Simson l. c. II, p.* 202—205. 4) *C.* 3, *p.* 3.

(Blankg. v. 734!)

In Quierzy Wahlbefehl ... [illegible] 16. Sept. 838 vgl. Maine ... [illegible] Land zw. Seine u. Loire an Karl

[Dez. 838 + Pippin]

vgl. [illegible] 67 ...!) vgl. [illegible] S. 9!

Sachsen unter dem Grafen Adalbert unterstützen Kaiser gegen L.

Vita. Hauptquelle [illegible] Gründe – Ann. Bertin. [illegible]: Quibus peractis imperator urbem Vangionum iuxta condictum tertio Kal. Jun. pervenit. Ubi susceptis quibusdam, quos ad hoc specialiter properare iusserat, fidelibus, Hlotharium, filium suum, ab Italia venientem paterno suscipere affectu minime renuit.

[illegible]

über d. Teilg. v. ... Berlin:

[Lothar] I Italien, Tal v. Aosta, Schw. Wallis, Gebiet Waadtland bis z. Genfer See, [illegible] die Rhone bis z. [illegible] Lyon, einige Grafsch. [illegible] Maas u. [illegible] Wormsfeld, Speiergau, [illegible] Elsass, [illegible] Hessen, Thüringen, Sachsen, Friesl. [illegible] Maas, [illegible] Hamaland [illegible] Rhein [illegible] [illegible]

II [illegible]

(Aquitanien [illegible])

Vgl. Astron. 60

Vgl. Astron. 60 [illegible]

ceps erga Karolum conservare vellet, omnia, quae in 839.
illum actenus deliquerat, remitti et omne regnum absque Baioaria inter illum et Karolum dividendum; quae quoniam Lodhario et suis rata videbantur, utraque ex
5 parte sic velle ac sic[a] se perficere iuraverunt.

7. Ergo ad urbem Vangionum conventu indicto (Maio).
convenerunt; in quo Lodharius humillime ad pedes patris coram cunctis procidit dicens: 'Novi me coram Deo et te, domine pater, deliquisse[1]; non regnum, sed
10 indulgentiam et, ut gratiam tuam merear, quaeso'. Idem autem ut pius ac clemens pater et delicta postulanti indulsit[b] et gratiam roganti concessit, eo scilicet pacto, ut deinceps nihil quolibet modo contra suam voluntatem nec in Karolum nec in regnum alicubi egisset. Dein
15 benigne illum excoepit ac deosculans gratias Deo pro filio, quem aversum reconciliaverat, egit. Ad prandium deinde conversi sunt, in crastinum de ceteris, quae sui iuraverant, deliberaturi. Die autem altera concilium ineunt. Hinc pater, ut sui iuraverant, perficere cupiens:
20 'Ecce, fili, ut promiseram[c], regnum omne coram te est, divide illud, prout libuerit. Quod si tu diviseris, parcium electio Karoli erit; si autem nos illud diviserimus, similiter parcium electio tua erit'[2]. Quod idem cum[d] per triduum dividere vellet, sed minime posset, Iosippum
25 atque Richardum[3] ad patrem direxit deprecans, ut ille et sui regnum dividerent, parciumque electio sibi con-
*p. 655. cederetur; *insuper vero in ea fide, quam illis iuraverant, testati sunt, quod pro nulla re alia nisi sola ignorantia regionum id peragere differret. Quam ob rem pater, ut
30 aequius valuit, regnum omne[e] absque Baioaria cum suis divisit; et a Mosa partem australem Lodharius cum suis elegit, quin immo et accepit, occiduam vero, ut Karolo conferretur, consensit et una cum patre coram omni populo ita se velle annuntiavit[4]. Hinc autem
35 pater fratres, prout valuit, unanimes effecit, rogans ac deprecans, ut invicem se diligerent[5], et ut alter ab altero

a) si *c.* b) indulxit *corr.* indulsit. c) pro misseram *c.* d) cum *om. c.* e) omnē *c.*

1) *Cf. Luc.* 15, 21: pater, peccavi in caelum et coram te. 2) *Secun-*
40 *dum antiquam iuris Germanici consuetudinem hoc loco primum commemoratam; cf. J. Grimm, 'Deutsche Rechtsaltertümer' ed.* 4. *I, p.* 660.
3) *Antea imperatoris ostiarium.* 4) *De finibus huius divisionis cf. J. v. Jasmund l. c. p.* 18, *n.* 1. 5) *Ioh.* 13, 34: ut et vos diligatis invicem; *cf. ibid.* 15, 12. 17.

839. protegeretur, adortans exorat et quod fieri desiderat[a]
(Iul.) optat. Quibus peractis benigne et pacifice Lodharium in Italiam ditatum remissionis gratia[b] ac regni muneribus[c] remittens, sacramenta, quae[d] sepe iuraverat, quotiens in illum deliquerat, quotiens delicta eidem donaverat, in memoriam reducens ac piis visceribus monens contestabatur, ne saltem id, quod tunc novissime[e] peregerant, coramque cunctis ita se velle confirmaverat, frustrari quolibet modo permittat.

8. Eodem tempore, ut Pippinus decessisset[1], pater nuntium acceperat; et pars quedam populi, quid avus de regno vel nepotibus iuberet, prestolabatur; pars autem arrepto filio eius Pippino, quia natu maximus erat, tyrannidem exercebat. Quapropter his ita, ut prefatum est, cum Lodhario perfectis, collecta manu valida
(Sept.) per Cavillonem Clarum-montem una cum Karolo ac matre pater petit ac partem populi, quae illum praestolabatur[f], inibi benigne recepit. Et quoniam olim regnum Aquitaniae Karolo donaverat, ut illi se commendarent, ortando suasit, iussit. Qui omnes commendati eidem sacramento fidem firmaverunt. Post quod, quomodo
840. tyrannos compesceret, contendit. Per idem tempus Lodhuwicus a Baioaria solito more egressus Alamanniam invasit cum quibusdam Toringis et Saxonibus sollicitatis; quam ob rem pater eius ab Aquitania revocatus, dimisso videlicet Karolo una cum matre eius Pictavis, ipse vero
Mart. 28. sanctum pascha Aquis celebravit et sic uno eodemque itinere Toringam petiit. A qua Lodhuwico filio eius pulso, per Sclavos itinere redempto eum in Baioariam fugere compulit. Quo peracto Kal. Iulii ad Vangionum urbem conventum indixit, ad quod[g] Lodharium filium suum ab Italia venire praecepit, cum eo ceterisque sibi credulis de Lodhuwico deliberaturus. Cumque se haec ita haberent, et Lodharius in Italia, Lodhuwicus trans Renum, et Karolus in Aquitania esset, Lodhuvicus[h] imperator paterque illorum in insula quadam[i] iuxta Ma-
Iun. 20. gonciacum[2] XII. Kal. Iulii obiit; quem Drogo frater et

a) desiderat *in* desiderāt *recenti tempore mutatum.* b) gratiam, m *expuncto c.* c) *hoc loco fortasse textum esse corruptum Simson l. c. II, p.* 210, *n.* 4. *censuit.* d) *litteras* e *punctum falso superpositum et suppositum est.* e) no uisse *c.* f) praestolatur *corr.* praestolabatur. g) *sic c.* h) *sic hoc loco c. (Jaffé).* i) quędam *c.*

1) *Mense Decembri a.* 838; *vide supra p.* 10, *n.* 3. 2) *Insulam hodie Petersaue nominatam fuisse Dümmler l. c. I, p.* 137, *n.* 2. *censet; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 48.

Plan, den jung. Pippin zu beseitigen, mindest. unschädl. zu machen. Das ergibt sich aus der [illegible]. Der Kaiser beim Astron. (K. 61)

nullus succenseat imperatori, quod crudelitate dictante nepotem suum regno privare voluit — Der Kaiser habe den jung. P., [illegible] Aquitaniens [illegible]

B. Ebroin v. Poitiers

Astronom. K. 62

838 protegeretur, adesset et quod illum decebat[a] optat. Quibus peractis benigne et pacifice Lodharium in Italiam dirigunt [illegible] gratia[b] [illegible] sacramenta, quae[c] [illegible] [illegible] in memoriam reducens [illegible] [illegible] [illegible]

8. [illegible] Pippinus [illegible]

[illegible] Lodharium [illegible] [illegible] matre patre petit ac [illegible] [illegible] Aquitaniam Karolo donaverat, [illegible] [illegible] Qui omnes [illegible] [illegible] fidem firmaverunt. Post quod, [illegible] [illegible] Turingia et Saxonibus [illegible] quam ob rem pater suus ab Aquitania [illegible] videlicet Karolo una cum matre sua Pictavis [illegible] sanctum pascha Aquis celebravit et sic suo [illegible] tempore Turingam petiit. A qua Lodhuwicum [illegible] pulso, per Sclavos itinere redeundo suum in Baioariam fugere compulit. Quo peracto Kal. Iulii ad Vangionum urbem conventum indixit, ad quod[d] Lodharium filium suum ab Italia venire praecepit, quo [illegible] de Lodhuwico deliberaturus. Cumque se haec ita haberent, et Lodharius in Italia, Lodhuwicus trans Renum, et Karolus in Aquitania esset, Lodhuwicus[e] imperator paterque illorum in insula quadam[f] iuxta Magontiacum[g] XII. Kal. Iulii obiit; quem Drogo frater et

episcopus atque archicapellanus eius Mettis civitate sua apud Sanctum Arnulfum una cum episcopis, abbatibus comitibusque congruo honore sepulture tradidit. Vixit per annos IIII et LX[1], rexit Aquitaniam per annos VII et XXX[2], imperiale vero nomen per annos VII et XX et per menses sex obtinuit. 840.

LIBER SECUNDUS.

Explicitis pro tempore ac viribus dissensionum[a] vestrarum initiis, e quibus quique lector scire cupiens, quam ob rem post obitum patris vestri Lodharius vos fratremque persequi statuerit, decernat, colligat et, si iuste egerit, cognoscat, hinc iam, qua virtute ac industria hoc executus sit, prout memoria viresque[b] suppleverint, notare curabo. Vos vero difficultates, quae ex eadem molestia parvitati meae obstiterint, inspicere deposco et, si quid in hoc opere neglexero, ut ignoscatis, quaeso.

1. Audiens Lodharius patrem suum obisse confestim nuntios ubique, presertim per totam Franciam mittit, qui se venturum in imperium, quod olim fuerat illi datum, affirment, promittens unicuique honores a patre concessos se concedere et eosdem augere velle. Dubios quoque fidei[c] sacramento firmari praecepit; insuper autem iussit, ut, quantotius possent, obviam illi procederent, nolentibus vero capitale supplicium ut praediceretur, indixit; ipse autem pedetemptim, quo se res verteret, antequam Alpes excederet, scire volens[d] . . . Ergo cupiditate terroreque illecti undique ad illum confluunt; et hoc cernens spe viribusque magnanimis effectus, quibus artibus *universum imperium liberius invadere posset, deliberare coepit. Lodhuwicum quoque quoniam itineri suo contiguum esse prospexit, ut primum in illum 840.

*p. 656.

a) dissessionum *c.* b) uireque *corr.* uiresque. c) fide *c.* d) *sequitur lacuna litterarum fere VIII (Jaffé).*

1) *Ludowicus annum aetatis agens sexagesimum tertium mortuus est; etiam auctor Vitae Hlud. c.* 64, *SS. II, p.* 648, *dicens imperatorem anno sexagesimo quarto decessisse in errore versatur.* 2) *Hunc numerum Nithardus e Vita Hlud. l. c. transscripsisse videtur, cuius auctor regnum Aquitaniae Ludowico iam nascenti a.* 778. *delatum esse tradens, c.* 3, *l. c. p.* 608, *erravit; cf. Abel-Simson, 'Jahrb. Karls des Gr.' I, ed.* 2, *p.* 309, *n.* 1; *Mühlbacher l. c. nr.* 215*a.*

840. manum mitteret, ratum duxit et, ut eundem viribus annullaret, operam omni virtute adiecit. Interea ad Karolum in Aquitaniam legatos callide dirigens mandat se erga illum, sicuti pater statuerat, et sicut erga filiolum ex baptismate oportebat, benivolum esse, verumtamen 5 ut nepoti suo, filio Pippini, donec cum eo loqueretur, parceret, deprecatus est. Et his ita compositis ad urbem Vangionum iter direxit. Eodem tempore Lodhuwicus partem exercitus inibi causa custodiae reliquerat et Saxonibus sollicitatis obviam illis perrexerat. Quam ob 10 rem[a] Lodharius parvo conflictu custodes fugere compulit, Renum cum universo exercitu transiens Franconofurth iter direxit. Quo[1] insperate[b] hinc Lodharius, inde Lodhuwicus confluunt, paceque sub nocte composita alter inibi, alter vero, quo Moin in Renum confluit, 15 castra haud fraterno amore componunt. Cumque Lodhuwicus viriliter resisteret, et Lodharius illum absque praelio sibi subigere diffideret, sperans Karolum facilius superari posse, ea pactione praelium diremit, ut III. Idus Novembris eodem loco rursum conveniant et, ni con- 20 cordia statutis interveniat, quid cuique debeatur, armis decernant; et his ita omissis Karolum sibi subigere contendit.

2. Per idem tempus Karolus Bituricas ad placitum, quo Pippinum sui iuraverant venturum, venerat. 25 Qui[c] quidem ex omnibus nuntio recepto missos, videlicet Nithardum[2] et Adelgarium[3], delegit et, uti ocius valuit, ad Lodharium[d] direxit, mandans ac deprecans, ut memor sit sacramentorum, quae inter se iuraverant, et servet, quae inter illos pater statuerat; insuper etiam 30 fraternae[e] filiolique conditionis meminerit; haberet sua sibi et, quod illi pater suo consensu concesserat, absque conflictu illum habere permittat; promittens, si hoc faceret, fidelem se illi et subiectum fore velle, ita ut primogenito fratri esse oporteret. Insuper etiam quic- 35 quid actenus in illum deliquerat pollicitus est se ex corde remittere, deprecatus, ne amplius suos sollicitet,

a) Quamobre *c.* b) inspirate *c.* c) Qđ (Quod) *c.* d) adloharium *corr.* adlodharium. e) fraternę *c.*

1) *Immo in suburbana Mogontiaca, Ann. Fuld. a.* 840, *l. c. p.* 31; 40 *cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 149; *Mühlbacher l. c. nr.* 1070 *c. d.*
2) *Auctorem.* 3) *Comitem quendam; cf. Simson l. c. II, p.* 158, *n.* 1.

— „in suburbanis Magontiacis" (Ann. Fuld.
(= Kostheim !

840 Aug. 13 ca. – Lothar in Mainz

" " Synode v. Ingelheim. Ebbo v. Reims, der 835 abgesetzt w., v. Lothar wieder eingesetzt. Zeugen: EB. Otgar v. Mainz, Bisch. Abt v. Weissenburg, u. a. (Als Lothar nur keine Wiederaufn. kehrte Ebbo sofort nach Reims zurück (Astr. Kap. 3)

(B. v. Worms, Bisch. Abt v. Konstanz, Abt Raban v. Fulda, B. v. Paderborn u. a.
Anteil d. Hamann. … Mehrheit auf Lothars Seite.

[illegible]

Über Kr.-Zug n. Aquitan. genannter Bericht i.e. Briefe d. Abtes Odo v. Ferrières an B. Jonas v. Orléans

[illegible]

Hall.-Br. d. [illegible] Odo v. Orléans

[illegible]

[illegible]

ne regnum sibi a Deo commissum perturbet. Cederent 840.
undique paci atque concordiae, et hoc se sua suorumque ex parte ratum videre ac per hoc conservare velle mandavit; quod etsi alter hoc ita esse non crederet, 5 quocumque vellet modo ex his illum certum se efficere promisit. Quae quidem Lodharius simulans se benigne suscipere legatos tantum salutationis causa redire permisit ac per suos se responsurum de ceteris esse respondit. Insuper etiam, quoniam ad ipsum se vertere 10 frustrata fide noluerunt, honoribus, quos pater illis dederat[a], privavit; ita, quid fratri facere cogitaret, nolens indicium dabat. Interea omnes inter Mosam et Sequanam degentes ad Karolum miserunt[b] mandantes, ut, antequam a[c] Lodhario praeoccuparentur, veniret, 15 adventum eius se praestolaturos promittentes. Quam ob rem cum perpaucis Karolus hoc iter accelerans ab Aquitania Carisiacum venit et a Carbonariis et infra[d] ad se venientes benigne suscepit[e]. Extra vero Herenfridus, Gislebertus[1], Bovo ac ceteri ab Odulfo[2] decepti, 20 firmatam fidem neglegentes, defecerunt.

3. Eodem tempore missus ab Aquitania venit nuntians, quod Pippinus cum his qui parti[f] suae favebant super matrem Karoli irruere vellet; ac per hoc Karolus Francos inibi omittens mandat, si illos frater 25 suus, donec reverteretur, opprimere vellet, obviam sibi procederent. Insuper ad Lodharium Hugonem[3], Adelhardum, Gerhardum et Hegilonem[4] direxit, cunctaque, quae tunc nuper illi mandaverat, replicans nec non[g] et pro Deo deprecatus est, ne suos sibi subtrahens regnum, 30 quod Deus paterque suo consensu illi dederat, amplius dissipet. Et his ita compositis in Aquitaniam festinus perrexit superque Pippinum et suos irruens fuga illos abire compulit. Per idem tempus cum Lodharius a

a) *ante hanc vocem aliquid rasum est.* b) misserunt, *priore s expuncto c.* c) ad *c.*
35 d) infra *pro* intra *more scriptorum medii aevi videtur esse scriptum; cf. Mühlbacher l. c. nr.* 1072 *b.* e) sucepit *c.* f) patri *c.* g) n̄ (non) *super* nec *additum.*

1) *Infra p.* 31, *l. III, c.* 2. *comes Mansuariorum dictus.* 2) *Cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 112, *n.* 317. 3) *Cf. ibidem p.* 102, *n.* 172. 4) *Comites; de Adelhardo, cuius auctor infra compluries, praecipue* 40 *l. IV, c.* 6. *meminerit, cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 44 *sq. et Simson l. c. II, p.* 241—243; *Meyer von Knonau l. c. p.* 141, *n.* 30 *dubitat, num Gerhardus maritus sororis Pippini secundi Aquitanorum regis fuerit; de Hegilone v. Meyer von Knonau l. c. p.* 20. *et Mühlbacher l. c. nr.* 982 *c.*

840. Lodhuwico reverteretur, et omnes citra[a] Carbonarias ad illum venirent, Mosa traiecta ratum duxit, ut Sequanam usque procederet. Quo dum tenderet, Hilduinus abbas Sancti Dyonisii et Gerardus comes Parisii civitatis a Karolo deficientes fide frustrata ad illum venerunt. Quod quidem Pippinus filius Bernardi regis[b] Langobardorum ceterique cernentes elegerunt potius more servorum fidem omittere, iuramenta contempnere, quam[c] ad modicum tempus facultates relinquere, ac per hoc fide relicta quos supra[d] memoravimus secuti eidem se dederunt. Hinc[e] quoque Lodharius magnanimis effectus Sequanam excessit, praemittens more solito, qui ad defectionem inter Sequanam et Ligerem degentes partim minis[f], *partim blanditiis subducerent. Ipse quoque, uti consueverat, lento itinere subsecutus Carnutenam[g] civitatem tendebat. Cumque Teodericum, Ericum[1] et hos qui illum sequi deliberaverant ad se venturos didicisset, spe multitudinis suae fretus, Ligerem usque ut procederet[h], deliberavit; Karolus quoque a fuga, qua Pippinum et suos disperserat, reversus et, quoniam, matrem ubi tuto relinqueret, non[i] habebat, pariter ad Franciae partes properabant.

*p. 657.

4. Audiens autem Karolus interea, quod hi omnes, quos supra memoravimus, ab eo defecissent, et Lodharius cum ingenti exercitu persequi illum usque ad internitionem statuisset, hinc autem Pippinus et hinc Brittones infesti erant, quid[k] facerent, concilium convocant, ineunt deque his omnibus deliberaturi, facile consilium perfacile inventum est. Et quoniam nihil praeter vitam et corpora reliquum habebant, elegerunt potius nobiliter mori quam regem proditum derelinquere. Quam ob rem obviam Lodhario pergunt, atque Aurilianensem urbem hinc inde petunt. Castra ponunt distantes ab invicem plus minus leuwas VI, legatos invicem dirigunt; et

a) *i. e.* ultra; *cf. supra p. 6, n. f.* b) regi *c.* c) quē *c.* d) *litt.* upra *attritae vix legi possunt.* e) Hinc *iam legi nequit.* f) nimis *c.* g) caramtenam *c.* h) produceret *c.* i) *K. Schwartz, 'Der Bruderkrieg der Söhne Ludwigs des Frommen' p.* 19 *n.* 4. *proposuit, ut* nunc *pro* non *emendaretur, quem Meyer von Knonau l. c. p.* 96, *n.* 88. *secutus est; quae mutatio utique mihi videtur esse reicienda verbis subsequentibus:* pariter ad Franciae partes properabant, *scilicet Karolus cum matre, ut Pertz, SS. R. G. ed.* 2. *p.* 16, *n.* 1, *recte interpretatus est; v. etiam Wattenbach apud J. v. Jasmund l. c. p.* 26, *n.* 1. k) *fortasse vox* incerti *vel* dubii *ante* quid *excidit, Pertz, SS. II, p.* 657, *n.* b; *cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 97, *n.* 90. *(Plura omissa esse censeo, cum* Karolus *praecedat,* facerent, convocant *etc. sequatur. O. H.-E.).*

1) *Cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 22. *et p.* 112, *n.* 321.

bei Châlon s. Saône

(4/12 [illegible] Ebbo i. Reims [illegible])

B. Jonas v. Orléans schon [illegible]

Lothars. [illegible] 840 [illegible] Schrift de

imaginum cultu [illegible]

Karolus quidem sola iusticia pacem petebat, Lodharius vero, quo astu absque praelio[a] illum decipere ac superare posset, operam dabat. Quod cum peragere strenue resistentibus diffideret, sperans vires suas, uti coeperant, cotidie accrescere, quam, cum Karolo decrevissent, facilius illum subiugari posse arbitrabatur. Hac autem spe deceptus ea pactione praelium diremit, ut cederet Karolo Aquitania, Septimania, Provincia et decem comitatus inter Ligerim et Sequanam, eo videlicet modo, ut his contentus[b] interim inibi esset, donec Atiniacum VIII. Id. Maias conveniant; quasi quidem communi consensu utrorumque utilitatem praevidere ac statuere velle promisit. Primores quoque partium Karoli cernentes negotium vires suas excedere maximeque timebant, ne forte praelio commisso in tanta paucitate regem suum salvare difficile[c] possent — erat enim spes cunctis non modica indolis eius —; quam ob rem statutis eo tenore consentiunt, ut deinceps Lodharius Karolo ita fidus amicus sit, sicut frater per iusticiam fratri esse debet, et regna, quae illi deputabat, quieta habere faceret ac interim super Lodhuvicum[d] hostiliter ire dedisset[e]; aliter autem iure quod iuraverant absoluti esse deberent. Qua quidem arte et regem suum a periculis subtrahunt et se mox a sacramento absolvunt. Nam antequam idem, qui haec iuraverant, domo egrederentur, aliquos ex his qui aderant subducere ab illo temptavit et in crastinum quosdam suorum recepit. Insuper et in regna, quae illi deputaverat, statim direxit et, in quantum potuit, ne illi se subderent, perturbavit et, ut e Provincia ad se venientes exciperet, perrexit et, quemadmodum Lodhuwicum[f] dolo an vi[g] superare posset, intendit.

840. | 841. Maii 8. | 840.

5. Interea Karolus Aurilianensem urbem veniens Teotbaldum et Warinum[1] cum quibusdam e Burgundia ad se venientes gratanter ac benigne excepit. Hinc autem obviam Bernardo[2], sicut mandaverat, Nivernensem[h] urbem petit. Sed Bernardus more solito ad illum venire distulit dicens se cum Pippino suisque sacramento

a) prelio *c.* b) contemptus *c.* c) diffile *corr.* difficile. d) Ludhuicum *corr.* Lodhuvicum. e) *Pertz, SS. II, p.* 657, *l.* 28. *emendavit* desiisset; *forte* destitisset *emendandum.* f) Lodhuuicum *corr.* Lodhuuvicum. g) vi *a Petavio in loco raso scriptum esse dixit Pertz SS. R. G. ed.* 2. *p.* 17, *n.* b; *eadem dictio infra c.* 7. *inc., p.* 21. h) niuersam *corr.* niuernensem.

1) *Cf. supra p.* 8, *n.* 2. *et Meyer von Knonau l. c. p.* 140. 2) *V. supra l. I, c.* 3.

840. firmasse, ut neuter absque alterius consensu cum quolibet quodcumque pactum inire deberet; quam ob rem testatus est ad illos se ire velle, et si efficere posset, ut[a] una secum sui devenirent, bene; sin aliter, soluto iuramento infra dies quindecim ad illum reversurum suaeque ditioni se commissurum esse promisit. Quam
841. (Ian.) ob rem Karolus Bituricas iterum obviam illi venit. Quo Bernardus veniens cum neutrum fecisset, graviter Karolus ferens seductiones, quas patri fecerat et actenus illi faciebat, timens, ne aliter illum comprehendere posset, subito in illum irruere statuit. Sed hoc Bernardus, quanquam tarde, praesensit, fugam iniit ac vix evasit. Karolus autem quosdam e suis stravit, quosdam saucios ac semivivos reliquit[b], quosdam vero inlesos cepit ac more captivorum custodiri praecepit, suppellectilem autem universam diripere permisit. Hinc quoque Bernardus humilior effectus paulo post supplex ad Karolum venit, dicens et fidelem se illi fuisse et tunc, si liceret, esse voluisset[c], et deinceps, quanquam hac[d] contumelia affectus esset, in futurum fore minime diffideret; quod etsi quilibet aliter dicere vellet, armis se hoc[e] propulsurum promittit. Quibus Karolus credulus effectus ditatum muneribus et gratia in societatem amicitiae suscepit et, ut Pippinum ac suos, uti promiserat, subditos sibi efficere[f] temptaret, direxit. Et his ita compositis *Cenomannicam urbem adiit Lantbertum[1] Ericumque una cum ceteris recepturus. Cumque ille illos inibi perhumane reciperet, protinus ad Nomenoium ducem Brittanniorum mittit scire cupiens, si suae se ditioni subdere[g] vellet. Qui adquiescens consiliis plurimorum Karolo munera mittit ac sacramento fidem deinceps servandam illi firmavit. Quibus peractis, quoniam tempus placiti, quod Attiniacum condixerant, appropinquare videbatur[h], quid consulte ac solida fide sibi suisque agere oporteret, Karolus anxius erat. Ergo participes[i] secretorum convocat, rem omnibus notam replicat ac, quemammodum a tanta calamitate congruentius se suosque exui[k] posse existimarent, ut aperiretur, deposcit; seque in omnibus

*p. 658.

a) et *c.* b) reliquid *c.* c) *sic pro* voluisse *c.* d) ac *c.* e) ob *c.* f) efficeret *c.* g) subderet *c.* h) uidebantur, n *expuncto*, *c.* i) parcipes *c.* k) ex sui *c.*

1) *E regione Namnetensi; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 21. 97, *n.* 100.

5

841 13/1 urk. K. in Bourges

10

15

20

25

*p. 658.

Graf in Maine war Kr. [illegible] noch unsicher [illegible] zur Erhebung [illegible].
Grossen gegen Karl, der [illegible] ergeb. S. Aldric v. Le Mans vertrieb (Anf. 841)

30

35

40

[illegible]

[illegible] Karolus [illegible]

[illegible]

1) [illegible]

publice utilitati et parere velle, insuper etiam, si oportereta[a] pro ea mortem subire, minime differre fatetur. Quibus cum undique vires crevisse viderentur, reminiscentes insidiarum, quas Lodharius temporibus patris sui patri et Karolo inferre studuerat, quas etiam post obitum patris fratribus[b] suis absque remedio struebat — occurrebant insuper sacramenta, quae tunc nuper fefellerat —, aiebant[c] se omnem iusticiam ab eo libenter consequi velle, sed his inditiis nil boni sperare[d] posse; idcirco sibi undique consultum videri, [e]quocumque modo posset, ad condictum placitum venire minime differret[f]; quodsi frater suus, uti promiserat[g], communem utilitatem quaerere ac statuere vellet, hoc omnibus notis placere et, ut gratanter reciperetur, congruum esse; sin aliter, fretus iusticia ac per hoc auxilio divino suorumque fidelium et, quicquid regni pater suus amborumque fidelium consensu illi dederat, obtinere omni virtute non neglegat.

841.

6. Ergo omnes Aquitanos, qui suae parti favebant, una cum matre post se venire praecepit, insuper, quicumque e Burgundia nec non[h] et inter Ligerem et Sequanam sui iuris esse vellent, similiter fecit. Idem autem ipse una cum his qui per praesens aderant, quanquam difficile videretur, prefatum iter arripuit. Cumque Sequanam venisset, repperit Guntboldum[1], Warnarium[2], Arnulfum, Gerardum[3] nec non[i] et omnes a Carbonariis et infra[k] comites, abbates, episcopos, ob hoc videlicet a[l] Lodhario inibi relictos, ut, si absque suo consensu transire vellet, minime posset. Accedebat insuper, quod amnis inundans vada ubique denegaverat, custodes autem fluminis omnes naves aut contriverant aut certe submerserant, Gerardus quoque pontes, quoscumque repperit, destruxit. Igitur supra modum transitus difficilis effectus non modicam transire cupientibus inportabat molestiam. Cum autem tot difficultatibus animi multimodis agitarentur consiliis, tandem merca-

a) oportet *corr.* oporteret. b) frib;q; (fratribusque) *c.* c) agebant *c.* d) sperasse *c.;* sperare se *Pertz.* e) *Pertz, SS. R. G. ed. 2. p. 19, l. 16, hoc loco* ut *addidit.* f) differet *corr.* differret. g) promisserat *c.* h) non *om. c.* i) nenon *corr.* necnon. k) *v. supra p. 15, n.* d. l) ad *c.*

1) *Cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 112, *n.* 323. 2) *Lantberti fratrem; cf. supra p.* 18, *n.* 1; *Meyer von Knonau l. c.* 3) *Comitem Parisiorum civitatis; cf. supra c.* 3, *p.* 16.

841. torum naves ab hostio, quo Sequana mare influit, ferventi estu abductae propterque Rotomacensem urbem (Mart. 31). expositae nunciantur. Quo veniens harum duas minus de XXX[ta] Karolus armato milite complet[1], idemque ingressus praemittit, qui se venturum prenuntient[a], unicuique volenti delicta cedens, nolentibus autem, ut habeant[b] regnumque a Deo sibi datum illi[c] relinquant[d]. Quae dum sprevissent, classisque appropinquare videretur[e], crucem, in qua iuraverant, et Karolum ut cognoverunt, relicto littore[2] protinus fugerunt. Quos, quoniam in traiciendo equi moram fecerant, consequi nequibat, ad Sanctum Dyonisium laudis obsecrationisque causa iter direxit[3]; quo veniens comperit, quod hi, quos fuga disperserat, in unum una cum Arnulfo et Gerardo ceterisque coissent et super Teutbaldum, Warinum, Otbertum[4] ceterosque, qui, uti mandatum fuerat, ad Karolum veniebant[f], irruere vellent. Quam ob rem ad Sanctum Germanum causa orationis perrexit ac per totam noctem iter faciens aurora delucescente, ubi Luva Sequane confluit, Warinum cum[g] sociis salvum recepit. Ac sic[h] uno eodemque itinere Senonicam adiit urbem. Hinc noctu consurgit per Uttam iter faciens speransque, uti nuntiatum illi fuerat, quos supra memoravimus in eodem saltu consistere; disposuerat enim, ubicumque et qualitercumque posset[i], supra illos irruere. Quod et utique fecisset, nisi sollicitis vitae mors inminens pro foribus nunciaretur; quam ob rem poene cuncti supra modum exterriti, quo[k] quisque valuit, fugam iniit; quos quoniam Karolus consequi non potuit Apr. 14. sociis equisque fessis, coenam[l] Domini quieti indulgens Apr. 15. Tricasinorum civitatem in crastinum adiit.

*7. Eodem tempore, dum haec quae premisimus[m] a Karolo exsequerentur, Lodharius, uti praefatum est, *p. 659.

a) prenuntiant *corr.* prenuntient. b) *Pertz, SS. II, p.* 658, *n.* g. *adnotavit:* i. e. abeant; *aliter J. v. Jasmund l. c. p.* 31. *interpretatus est.* c) illũ *c.* d) reliquant *c.* e) uidetur *corr.* uideretur. f) uenebant *corr.* ueniebant. g) con *c.* h) Acsi *c.* i) posse *c.* k) quos *c.* l) cęnam *c.* m) premissimus *c.*

1) *Aen. II,* 20: armato milite complent *affert Manitius, 'N. Archiv' IX, p.* 617. 2) *Aen. II,* 28: litusque relictum *affert Manitius l. c.* 3) *Fragm. chron. Fontanell., SS. II, p.* 301, *Carolum regem Sequana fluvio pridie Kal. April. traiecto ad coenobium Fontanellense venisse et pridie Non. April. cum monachis locutum esse narrat; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 23. 4) *Cf. ibid. p.* 140.

5

10

[illegible] Hilduin (vgl. [illegible] 16) [illegible] Nov. 840 † [illegible] Ludwig [illegible] Karl [illegible]

15

20

25

30

*p. 659.

35

40

(vgl. S. 172.21)

Nach dem Vertrag mit Karl hatte Loth. bis z. 8/5 841 Ludw. nicht angreifen dürfen.

—

EB. Otgar v. 826 EB., [illegible] Lothars, 834 [illegible] Kaiser, später mit Ludw. versöhnt. Nach dem Tod [illegible] bei Lothar. Aug. 840 bei d. [illegible] [illegible]

[illegible]

„inchoante mense Aprili" — Ann. Fuld.

Nith. drückt sich [illegible] aus

Veriat, vgl. Ann. Bertin.: perfidia populi Hludowico inhaerentis (Claudentium [illegible]) — Ann. Fuld.: Hludowicum [illegible]

[illegible]

Lothar urk. 841 17/2 in Aachen, März [illegible], Apr. [illegible]

[illegible]

841. dolo an vi Lodhuvicum aut subdere[a] aut, quod mavult, perdere posset, tota mente tractabat. In quo negotio congrue Otgarium Magontiae[b] sedis episcopum et Adhelbertum Metensium comitem convocat; habebat enim 5 uterque Lodhuvicum ad mortem usque exosum. Iam enim Adhelbertus ex infirmitate, qua poene per annum detentus fuerat, velut in supplementum fratricidii respiraverat; erat enim eo in tempore ita prudens consilio, ut sententiam ab eo prolatam non quilibet mutare 10 vellet. Cuius instinctu Lodharius collectam hinc inde infinitam multitudinem Renum traiecit[1], praemittens (Apr.) more solito qui minis blanditiisque pendulam[c] plebem subducere temptarent. Timens autem populus, qui cum Lodhuwico erat, ne tantum exercitum ferre valeret, 15 partim defecti ad Lodharium transeunt, partim fugam ineunt ac Lodhuwicum desolatum relinquunt. Qui, quoniam omne suffragium aliud undique deerat, cum perpaucis abiit et in Baioariam[d] se recepit. Quod quoniam Lodhuwico contigit, minime deinceps Lodharius aliquid 20 illum praevalere putavit. Igitur Adhelbertum ducem, quem[e] supra[f] memoravimus, ob hoc inibi reliquit[g], ut et populum sacramentis sibi firmaret, et, si Lodhuwicus ad Karolum ire vellet, nullo modo posset. Ipse vero, quoniam Karolum Sequanam transire reppererat[h], 25 obviam ire parabat[2]. Velociter quidem praemittit rei veritatem, ubi et cum quibus esset, scire cupiens, Aquis pascha celebraturus. Apr. 17.

8. Mira sane ac merito notanda res Karolo in eodem sancto sabbato contigit. Nam neque ipse nec Apr. 16. 30 quilibet in suo comitatu quicquam absque quod corpore[i] gerebant et absque[k] armis et equis habebant; cumque de balneo quidem egrederetur et eadem vestimenta, quae exuerat, induere pararet, repente ab Aquitania missi pro foribus adstiterant, qui coronam et omnem 35 ornatum, tam regium quam et quicquid ad cultum divinum pertinebat, ferebant. Quis non miretur paucos et poene ignotos viros tot terrarum spacia[l], dum ubique

a) sudere *corr.* subdere. b) Maguntiae *corr.* Magontiae. c) pandulam *corr.* pendulam. d) baioram *c.* e) quā *c.* f) *sequitur* montem *c., quod Pertz in* modo 40 *emendavit, forte vero ex* memo *bis scripto exortum est.* g) reliquid *c.* h) repperat *c.* i) corpere *corr.* corpore. k) absquę *c.* l) spacium *corr.* spacia.

1) *Iuxta Wormatiam; cf. Ann. Fuld. a.* 841, *SS. R. G. p.* 31, *Ann. Xant. a.* 840, *SS. II, p.* 227. 2) *Aen. X,* 770: obvius ire parat *affert Manitius, 'N. Archiv' IX, p.* 617.

841. omnes rapine insisterent, tot talenta auri gemmarumque infinitam[a] multitudinem ferre inlesos valuisse? et, quod maxime mirandum fateor fore, qualiter ad definitum locum vel certe ad statutam diem et horam venire poterant, cum nec idem Karolus, ubi se suosque oporteret[b], sciebat. Quem quidem eventum haud aliter quam munere ac nutu divino visum est evenire[c] potuisse; ac per hoc commilitonibus stuporem iniecit omnesque maximam ad spem salutis erexit. Hinc vero Karolus *Apr. 17.* cunctaque[d] cohors exultans ad festa celebranda sese convertit. Expleto autem quod ceperat, missos Lodharii benigne excipiens convivari una secum praecepit; quibus et, ut in crastinum redirent, iniunxit, per suos se[e] responsurum de eo, quod frater suus illi mandaverat, promittens. In legatione vero Lodharii quaerebatur[f], cur absque suo consensu terminos, quos illi statuerat, excederet; et, quia fecerat, saltem, ubicumque[g] illum repperirent, mandat, ut interim eo loco quiescat, donec illi mandaretur, si ad statutum[h] locum an alio, ubi congruentius illi videretur, venire deberet. Karolus per suos econtra se ob hoc statutos terminos excessisse respondit, quoniam de omnibus bonis sua ex parte illi[i] promissis ac iureiurando firmatis nihil stabile esse permisit. Nam suorum hominum ultra quod firmatum fuerat sollicitatos quosdam suo[k] iuri adiecit, quosdam[l] vero vita privavit, insuper regna, quae subiecta illi efficere debuit, in quantum valuit, perturbavit et, quod maximum est, in fratrem hostiliter irruit nec non et suffragium a paganis illum quaerere compulit. Verumtamen, quanquam se haec ita haberent[m], in conventum, quod[n] communi consensu statuerant, venire se velle mandavit; ubi si communem utilitatem, uti promiserat, quaerere ac statuere vellet, sibi[o] placere; sin aliter, de regno, quod Deus paterque suus suorum consensu illi dederat[p], consiliis suorum fidelium in omnibus secundum Dei voluntatem parere se innotuit. Et his ita compositis idem iter arripuit atque ad praefatum locum *Maii 7.* pridie[q] quam convenerat[r] praevenit. Quo[s] quidem Lodharius veluti ex consulto venire distulit, verumtamen missos variis querimoniis refertos frequenter mittebat et,

a) infinitam *bis scriptum in c.* b) *M. Bouquet, SS. VII, p. 20, n. a: forte legendum* suosque esse oporteret; *aliter J. v. Jasmund l. c. p. 33. interpretatus est.* c) euenire *corr.* euenire. d) cunctaquę *c.* e) se *supra lineam additum.* f) quęrebatur *c.* g) ubiq; *c.* h) statū *c.* i) illis *c.* k) suos *c.* l) Quodam *corr.* Quosdam. m) haberet *c.* n) *sic c.; cf. p. 12, l. 31.* o) sipi *corr.* sibi. p) *sic c.; forte* dederant *emendandum.* q) pridię *c.* r) uenerat *c.; cf. Meyer von Knonau l. c. p. 98, n. 113.* s) Quod *c.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

M. u. Kn. 25 f.

Ann. Fuld.: Hlud. per nuntios Karoli ad auxilium vocatus

Ann. Xant.: videns Ludewicus quod germanum superare nequibat, junxitque se ad Karolum, ut per eius solatium predictum superaret imperatorem.

Karl wurde (Nith. II 8 S. 22 [28]) in Troyes, Apr. 841, v. d. Niederlage Ludwigs unterrichtet u. den Slaven – also wird er [illegible] L. um Hilfe angegangen haben. Ludw. [illegible] wieder verdrängen wollte, wird d. Initiat. ergr. haben.

(< 17/4 ist Lothar in Aachen, vgl. Nith. II 7 Schluss
12/5 Ludwigs Sieg = Quincy etwa 7 Meilen östl. v. Attigny (urkundl.) (in Quinciaco)
„d. h. kaum. Magn.“ – aber wohl verschrieben statt Mai

Ann. Fuld.: in Retiense, im Ries (bei d. Wörnitz, l. d. Donau u. Nördl.)
Graf Adalbert, Graf Adalbert fiel
Graf Adalbert, Bruder d. Bisch. Adalb. v. Metz, d. östl. Ludwig
Donauwörth
(also etwa a. d. schwäb.-baier. Grenze)

ne forte ex inproviso Karolus supra illum irruere posset, cavebat. 841.

9. Interea legati a Lodhuvico[a] venerant nunciantes, quod, si sciret, quomodo fieri posset, in illius adiutorium venire vellet. Quo se Karolus et indigere respondit, gratias congruae voluntati egit[b] et, ut hoc accelerare studerent, protinus praefatos[c] *missos remisit[1]. Cumque quattuor vel eo amplius dies inibi adventum Lodharii praestolaretur, et ille venire differret, contionem[d] advocat, concilium iniit, quidnam consultius deinceps illi agendum videretur, deliberaturus. Quidam autem aiebant, quoniam mater sua una cum Aquitaniis veniebat[e], obviam illi ire debere; sed maxima pars aut obviam Lodhario iter arripere suadebant, aut certe, ubicumque vellet, adventum illius praestolari debere dicebant; ob hoc quidem maxime, quoniam, si quoquo modo aliorsum iter flectere coepisset, cuncti fugam illum inisse iactarent, et hinc Lodharium et suos audentiores fieri debere, atque hi, qui adhuc causa timoris neutri se copulaverant, ad illum affluere undique sperabant; quod et evenit. Nam, quamquam[f] difficile, praevaluit tamen sententia priorum; quam ob rem Cadhellonicam Karolus adiit urbem, ibique matre una cum Aquitaniis recepta repente nunciatur, quod Lodhuvicus cum Adhelberto duce Austrasiorum praelio[g] commisso vicisset Renoque (Maii 13). traiecto ob illius adiutorium, quantocius posset, veniret. Quod cum otius universis castris omnibus[h] notum fieret, cuncti alacri animo, ut illi obviam irent, suadebant[i]. Lodharius quoque ut[k] haec ita se habere deprehendit, circumfusae plebi Karolum fugam inisse persequique illum, quantocius posset, velle denuntiat; quo quidem nuntio fidos sibi alacriores reddidit, dubiis autem quibusque et affluendi audaciam iniecit et firmiores suae parti reddidit. Cumque Karolus a Lodhario persequi se didicisset, quoniam in difficili[l] loco aquis paludibusque circumfusis castra posuerant, ut absque qualibet difficultate, si Lodharius vellet, congredi possent, pro-

a) legati adlohuuico *c.* b) aegit *c.* c) p̄factos *c.* d) comptionem *c.* e) uenebat *corr.* ueniebat. f) quā *c.* g) p̄lio *c.* h) omib; *c.* i) sua debent *c.* k) ut *om. c.* l) dificill *c.*

1) *Karolum primum per legatos a fratre auxilium petivisse Ann. Fuld. a.* 841, *l. c. p.* 32, *referunt; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 25 *sq.; Dümmler l. c. p.* 150; *Mühlbacher l. c. nr.* 1369 *c.*

*p. 660.

841. tinus obviam illi perrexit. Quae quidem Lodhario ut nuntiata sunt, castra posuit ac veluti fessis equis[a] biduo requiem dedit. Iterato itaque cum haec[b] eadem fecissent missosque invicem frequenter mitterent, sed nihil proficui deliberare possent, tandem appropinquantes Lodhuvicus et Karolus conveniunt[1] deque his omnibus in eodem conventu, quae Lodharius absque quolibet[c] moderamine erga se suosque seviebat, dolendo conferunt, quidve deinceps agendum oportunius videretur, in crastinum deliberaturi. Aurora siquidem delucescente conveniunt, concilium ineunt, in quo multum de tanta calamitate conquirunt[2]. Cumque alteruter, que[d] quantave et qualia passi a fratre fuerant, referre desissent, universis visum unanimiter parique consensu, tam ex sacrosancto ordine episcoporum quam et laicorum viros nobiles, prudentes, benivolos deligant, per quos, quae pater inter illos statuerat, et quae post obitum patris ab illo passi sint, mandent[e], insuper obsecrent, ut memor sit Dei omnipotentis et concedat pacem fratribus suis universeque ecclesiae Dei; cederet cuique, quod patris fratrisque[f] consensu[3] iuste debebatur; insuper etiam, ut iustis precibus acquiesceret, offerrent[g] illi quicquid absque equis et armis in universo exercitu habere videbantur. Et si his monitis obsecrationibusque acquiescere vellet, placere; sin aliter, aiebant se divino ex munere suffragium absque dubio sperare posse, si omne quod iustum est vellent et hoc fratri offerre humiliter studerent. Quae quoniam merito rata videbantur, protinus expleta sunt.

10. Sed haec[h] veluti pro nihilo ducta Lodharius sprevit, per suos[i] se nihil absque prelio velle mandavit confestimque obviam Pippino[k], qui ab Aquitania ad illum veniebat, iter arripuit. Quod cum otius didicissent Lodhuwicus et sui, supra modum rem graviter ferentes — erant enim undique graviter tam itineris longitudine quam et proeliis variisque difficultatibus et maxime[l]

a) ęquis *c.* b) ęc *corr.* hęc. c) qolibet *corr.* quolibet. d) alt˜ uterq; *c.* e) mandant *corr.* mandent. f) pat˜ frsq; (pater fratresque) *c.* g) offerent *c.* h) haec hoc *c.* i) *hoc loco aliquid, fortasse se, erasum est.* k) Pippini *c.* l) mxime *corr.* maxime.

1) *Non longe a Cadhellonica civitate, quantum coniectare licet; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 98, *n.* 116; *Mühlbacher l. c. nr.* 1084*b.* 2) *Hoc nescio an sit* conqueruntur. 3) *De his verbis intellectu difficilibus cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 26; *Dümmler l. c. p.* 152, *n.* 1.

(Karl u. Ludw.)

Von 833–838 hatte Ludw. tats. d. „cum favore patris" (Ann. Fuld. 838) ausser Baiern inne: Alemannien, Sachs., Thür., Ostfr., Elsass, Gebiete [illegible]

[illegible]

10. [illegible]

Tam. = Thierry und [illegible] Fontaneilles [illegible]

[illegible]

equorum inopia attriti —, verumtamen, quanquam se 841.
haec ita haberent, timentes, ne forte, si ab auxilio
fratris frater deficeret, posteris suis indignam memoriam
reliquissent; quod quidem ne facerent, elegerunt omni
5 penuriae, etiam, si oporteret, morti potius subire quam
nomen invictum amittere. Quam ob rem ex eadem
magnanimitate mestitia oppressa, invicem se adortantes,
gaudentes velociterque, ut Lodharium cito consequi
possent, ibant. Cumque atque insperate[a] propter urbem (Iun. 21).
10 Alciodorensem uterque exercitus alter ab altero vide-
retur, confestim Lodharius verens, ne forte fratres sui
absque dilatione supra se irruere vellent, armatus castra
aliquantulum excessit. Quod quoniam fratres sui facere
illum cognoverunt, quosdam castra metantes[b] relinquunt,
15 quosdam secum armatos assumunt et absque dilatione
obviam procedunt; missos invicem mittunt pacemque
sub nocte componunt. Castra autem ab invicem dista-
*p. 661. bant plus minus leuvas tres, et *intererat paucula palus
saltusque; ac per hoc erat utrique ad alterum difficilis
20 accessus. Quapropter aurora delucescente Lodhuwicus Iun. 22.
et Karolus ad Lodharium mittunt, mandant sibi valde
displicere, quod illis pacem absque proelio denegaverat[c];
quod etiam, quoniam vellet, et absque qualibet fraude,
si fieri deberet, esset. Et primum quidem ieiuniis ac
25 votis Deum invocent, deinde, si ille transire ad illos
voluisset, locum transeundi se daturos promittunt, ut
omni inpedimento sua suorumque ex parte ablato abs-
que qualibet occulta deceptione congredi possent; quae
et, si vellet, sacramento firmare praeceperunt; at si
30 nollet, ut eadem illis concederet atque firmare rogaret,
petunt. Is autem more solito per suos se responsurum
promisit et, ut legati regressi sunt, protinus obviam iter
arripuit ac locum, quo castra poneret, Fontaneum[d, 1]
petit. Eadem autem die fratres sui post Lodharium
35 iter accelerantes antecesserunt illum et propter vicum
quod Tauriacus dicitur castra posuerunt. Crastina die Iun. 23.
exercitus praeparati ad proelium castra aliquantulum
excesserunt. Praemittentes[e] Lodhuwicus ac Karolus

a) inspirate *c.* b) metentes *c.* c) dene denegauerat *c.* d) *eandem nominis for-*
40 *mam praebet Agnelli Lib. pont. eccl. Rav. c.* 174, *MG. SS. Lang. p.* 389; *ceteras collegit*
Mühlbacher l. c. nr. 1084*f.* e) Praemittes *c.*

1) *De loco pugnae cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 136—139; *Dümmler l. c. p.* 154, *n.* 3; *Mühlbacher l. c. nr.* 1084*f.*

841. Lodhario mandaverunt, ut memor[a] esset fraternae conditionis, sineret ecclesiam Dei et universum populum Christianum pacem habere, concederet illis regna a patre suo consensu concessa, haberet sua sibi non merito, sed sola misericordia a patre illi relicta. Et in munere offerebant illi quicquid in universo exercitu absque armis et equis habere videbantur; at si id[a] nollet, cedebant illi uterque portionem regni, alter usque Carbonarias, alter vero usque Renum; quod et si rennueret, universam Franciam aequa lance dividerent, et quicquid horum vellet, suae ditionis esset. Ad quod Lodharius more solito per suos se quicquid placeret notare respondit, mittensque per presens Drogonem[1], Hugonem[2] et Hegibertum mandat non illos aliquid tale antea illi mandasse, ad quod considerandum spatium habere se velle aiebat; re autem vera Pippinus non venerat, illum hac[b] dilatione expectare volebat. Verumtamen Ricuinum[3], Hirmenaldum et Fredericum sacramento firmare praecepit, quod pro nulla re alia has indutias peteret, praeter quod commune[c] profectum tam illorum quam et universae plebis, sicut iusticiam inter fratres et populum Christi oportebat, quaerere volebat. Quo[d] quidem sacramento Lodhuvicus et Karolus creduli effecti, ea die et in crastinum, insuper etiam usque in horam secundam diei tercii, quod evenit VII. Kal. Iulii, pace utrorumque [illegible] parte iureiurando firmata, ad castra redeunt, missam vero sancti Iohannis[e] in crastinum celebraturi. Pippino quoque eadem die Lodharius in supplementum recepto mandat fratribus suis, quoniam scirent illi imperatoris nomen magna auctoritate fuisse impositum, ut considerent, quatenus eiusdem nominis magnificum posset[f] explere officium; insuper autem haut[g] se libenter utrorumque[h. 4] querere profectum.

(Iun. 23. 24. — Iun. 25. — Iun. 24.)

a) it *c.* b) ac *c.* c) *sic c.* d) Quod *c.* e) ihannis *corr.* iohannis. f) posse *c.* g) haut *eiciendum esse Wattenbach l. c. p.* 40, *n.* 1. *censet.* h) utroque *corr.* utrorumque *c.*

1) *Patruum; v. supra l. I, c.* 8. 2) *Num et hic patruus sit, Meyer von Knonau l. c. p.* 102, *n.* 172. *et p.* 140, *n.* 26. *dubitavit.* 3) *Cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 141. 4) *Suum videlicet et Pippini secum foederati, Meyer von Knonau l. c. p.* 99, *n.* 127. *interpretatus est, quem Dümmler l. c. I, p.* 154. *secutus est; quam loci satis obscuri interpretationem Wattenbach l. c. p.* 40, *n.* 1. *non sine ratione reiecisse videtur, cum Lotharius antea Pippinum nullo modo commemoraverit.*

vgl. Brunner 2, 25₁₃ .., wo auf Greg. Tur. III 1 u. III 18 verwiesen wird / nicht aber auf Nithard]

= ähnlich wie bei der Wormser Teilg. v. Mai 841

[Joh. ante port. lat. 6/5

" Enthauptg. (Decoll.) 29/8

Lodharium mandaverunt, ut memor esset fraternitatis, sineret ecclesiam Dei et universum populum Christianum pacem habere; concederet illis regna a patre suo consensu statuta, haberet sua sibi, non merito, sed sola misericordia a patre illi relicta. Et hoc munere offerebant illi quicquid in omni exercitu absque armis et equis habere videbantur; si id nollet, cederent illi utrique portionem regni, alter usque Carbonarias, alter vero usque Rhenum; quod si et id renueret, universam Franciam aequa lance dividerent, et quicquid horum vellet, suae ditionis esset. Ad quae Lodharius more solito [illegible] Drogonem, Hugonem et Hegilbertum [illegible]

[illegible]

(Nach Pannier an die Höhe um Le Deffand. — Orion – Héri[illegible])

Höhe der bei Sementron entspr. Bach (unbenannt), in dessen Tal l. (= heute) Fontenoy liegt, r. liegt d. Dorf Lerris. Höhe bei Lerris (südw.) ein monasterium Fontanetense v. 5.–12. Jh. nachweisbar.

(Über Nithard Hauptquelle d. Angilbert [illegible] f. 52 [illegible])

Britai: e. d. Wälder, Bois-des-Briottes, zw. Dorf u. Solemé — Lothars r. Flügel. Bei Solemé stand wohl

Bri = Briottes – das Zentrum (Lothar – Ludw.) auf d. Höhen

„ Fagit (im Tale) wohl Karl

„ Solemnat St. Hilaire – gegen (? Aquitan. unter Pippin!) – ein am längsten unentschieden

(Reiterkampf [illegible]); berittene Vasallen, u. allg. Aufgebot. — bei Nithard allmählich der Sieg entschieden

Gegen Fontenay-près-Chablis östl. v. Auxerre

Gg. v. S. Müller N.A. 33 (1908), 201–211

[illegible]

Interrogati autem, si quiddam horum, quae mandaverant, recipere vellet vel si quamlibet finitivam sententiam illis mandasset, nihil sibi horum fuisse iniunctum responderunt. Quam ob rem cum omnis spes iusticiae ac pacis sua ex parte ablata videretur, mandant illi, si melius non invenisset, aut reciperet unum horum, quae illi mandaverant, aut nosset illos in crastinum — quod contigit, sicut praefatum[a] est, VII. Kal. Iulii — hora videlicet diei secunda, ad omnipotentis Dei iudicium, quod illis absque illorum voluntate mandaverat, esse venturos. Quae quidem Lodharius solito more insolenter sprevit et visuros se, quid agere deberet, respondit. Dum haec super Ligerim[b] iuxta Sanctum Fludualdum consistens[1] scriberem, ecclipsis solis hora prima feria [tertia[c]], XV. Kal. Novembris in Scorpione contigit. His ita omissis diluculo Lodhuvicus et Karolus consurgunt, verticem montis castrae[d] Lodharii[e] contigui cum tertia, ut videtur, exercitus parte occupant adventumque eius et horam secundam, ut sui iuraverant, exspectant. Cumque utrumque adesset, proelium super rivolum Burgundionum magno certamine committunt. Et Lodhuvicus quidem ac Lodharius in loco qui Brittas dicitur strenue confligunt; quo superatus Lodharius terga vertit. Pars autem exercitus, quam Karolus in loco qui Fagit vulgo dicitur *excepit, protinus fugit; pars vero, quae in Solennat[f] Adhelardum[2] ceterosque, quibus haud modicum supplementum Domino auxiliante prebui, appetiit, strenue conflixit; quo et utrique vicerunt, sed novissime omnes a parte Lodharii fugerunt.

841. — Iun. 25. — Oct. 18. — Iun. 25. — *p. 662.

Qua finem primi certaminis dedit Lodharius, terminetur liber secundus.

LIBER TERTIUS.

Quoniam sinistrum me quiddam ex genere nostro ut audiam pudet, referre praesertim quam maxime piget; quam ob rem imperio haudquaquam malivole contempto, ut finis optatus libri secundi affuit, per omnia finire hoc

a) praefactum c. b) *videtur pro* Sequanam *esse scriptum; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 102, *n.* 180; *Dümmler l. c. p.* 169, *n.* 2; *Wattenbach l. c. p.* 40, *n.* 2. c) tertia *om. c.* d) *sic c.* e) lodhari *c.* f) solēnat *c.*

1) *V. infra l. III, c.* 3, *p.* 32. 2) *Cf. supra p.* 15, *n.* 4.

841. opus animus decrevit; sed ne forte quilibet quocumque modo deceptus res nostro in tempore gestas, praeterquam exactae sunt, narrare praesumat, ex his quibus interfui tertium libellum ut adderem acquievi.

Iun. 25. 1. Proelio quidem, uti praefatum est, strenue[a] peracto, quid de palantibus peragere deberetur[b], Lodhuvicus et Karolus in eodem campo deliberare coeperunt. Et quidam ira correpti persequi hostes suadebant, quidam autem, et maxime reges, miserantes fratris plebisque et, ut iudicio Dei et hac plaga repressi ab iniqua cupiditate resipiscerent, et Deo donante deinceps unanimes in vera iusticia devenirent, piis visceribus solito more optabant. In quo negotio Dei omnipotentis misericordia ut prestolaretur, suadebant. Quibus cetera multitudo assentientes a proelio et praeda discesserunt[1] et fere mediante die ad castra redeunt, quid[c] deinceps consultius acturum[d] videretur, deliberaturi. Fuit quidem[e] ingens numerus praedae et ingens cedes[f] et insuper ammirabilis, immo et merito notabilis misericordia tam regum quam et universorum. Nam diversis pro rebus *Iun. 26.* diem dominicum inibi acturos se deliberarunt. In quo missa peracta amicos et inimicos, fideles et infideles pariter sepulturae tradebant, plaga correptos ac semivivos eodem modo pro viribus ex animo refovebant. Post hos qui fuga evaserant miserunt offerentes, si reverti sana fide vellent, omnia delicta remitti. Post haec reges populique super fratre[g] populoque[h] Christiano dolentes percontari episcopos coeperunt, quid agere super hoc negotio deberent. Quam ob rem unanimes ad concilium omnes episcopi confluunt, inventumque in conventu publico est, quod pro sola iusticia et aequitate decertaverint, et hoc Dei iuditio manifestum effectum sit, ac per hoc inmunis omnis Dei minister in hoc negotio haberi, tam suasor quam et effector, deberetur; at quicumque consciens sibi aut ira aut odio aut vana gloria aut certe quolibet vitio quiddam in hac expedi-

a) strenuę *c.* b) peragerctur *corr.* peragere deberetur; *forte* peragi *emendandum.* c) quid *om. c.* d) *sic c. pro* agendum; *eadem fere dictio supra p.* 23, *l.* 10 *sq.* e) quidæ̃ *c.* f) cedę *c.* g) fratris *c.* h) populo, q; *supra addito c.*

1) *Auctorem tradentem victores non esse hostes persecutos a Prudentio (Ann. Bertin. a.* 841, *SS. R. G. p.* 25*), qui de fugientium persecutione dicit, non dissentire Meyer von Knonau l. c. p.* 29 *sq. et p.* 99, *n.* 135. *recte explanavit.*

[vgl. Agnellus]

Unter den Gefangenen war z.B. Georg v. Ravenna. [illegible] Lothar [illegible] [illegible] [illegible] (Gleichgültig!) [illegible] jungen Karl [illegible] behandelt.

Ein klug berechneter Zug. [illegible] Brüder [illegible] [illegible] der Kirch. [illegible]

[illegible]

1. Placuit quidem, [illegible] Karolus in eodem campo deliberant [illegible]

[illegible]

tione suasit vel gessit, esset vere confessus secrete 841.
secreti delicti et secundum modum culpe diiudicaretur;
verumtamen in veneratione ac laude tantae declarationis
iusticiae pro remissione delictis[a] mortuorum fratrum
5 suorum — in eo, quod inperfecti peccatis intervenienti-
bus se noverant, ut in multis volentes nolentesque de-
linquebant — ut suo adiutorio ab his exuti liberarentur[b];
insuper autem, uti actenus in iusticia adiutor et pro-
tector illis[c] Deus[d] extitit[1], ita ut deinceps ubique exi-
10 steret; proque his omnibus triduanum ieiunium inventum
immoque libenter ac celebre celebratum est.

2. His ita reor[e] peractis Lodhuwicus[f], ut Renum
peteret, decrevit, Karolus autem diversis pro rebus et
maxime propter Pippinum, ut illum sibi subdere stu-
15 deret, in Aquitaniam ut proficisceretur, ratum duxit.
Nam Bernardus dux Septimaniae, quanquam a loco
praedicti proelii plus minus leuvas tres defuerit, neutri
in hoc negotio supplementum fuit; victoriam autem ut
Karoli esse didicit, filium suum Willelmum ad illum
20 direxit et, si honores, quos idem in Burgundia habuit,
eidem donare vellet, ut se illi commendaret, praecepit.
Insuper iactabat se posse nec non et aiebat, quod
Pipinum una cum suis Karolo foedere, quo valeret,
subdere vellet. Quam legationem benigne excepit[2] et,
25 sicut postulaverat, per omnia concessit, monens, ut de
Pippino et suis quod promiserat[g], in quantum posset,
ut perficeretur, operam daret. Cumque adversa undique
propulsa viderentur, ac spes prosperitatis cuique hinc
*p. 663. inde *faveret, Lodhuwicus cum suis Renum petiit, Karolus
30 vero una cum matre Ligerim[h] adiit. Res[a] autem publica
inconsultius, quam oporteret, omissa; quo quemque
voluntas rapuit, perfacile omissus abscessit. Quod quidem
Pippinus audiens paulo ante desideratum cum illo foedus
inire[i] distulit. Bernardus quidem ad illum venit, sed,
35 ut illi se commendaret, minime acquievit. Quidam
tamen a[k] Pipino desciverunt, et hoc tantum praefata
expeditio Karolo profuit, quod illos sibi foederatos
recepit. Interea Adhelardus ceterique, quos Karolus ad
Francos direxerat scire cupiens, si ad illum reverti
40 vellent, Carisiacum venientes, quo illi ut missos diri-

a) *ita c.* b) liberantur *corr.* liberarentur. c) illi *c.* d) di̅ (dei) *c.* e) *quam vocem Pertz, SS. II, p.* 662, *l.* 40, *in* rebus *emendavit.* f) lodhuuicus *corr.* lodhuuvicus. g) promiserant *c.* h) legerim *c.* i) in irae *c.* k) ap *c.*

1) *Cf. Ps.* 27, 7. 32, 20. 39, 18. 113, 9—11. *Eccli.* 51, 2. 2) *Scil.*
45 *Karolus.*

841. geret mandaverant, perpaucos obviam habuerunt; qui hoc dicebant, si idem Karolus ad praesens esset, ad illum venire minime differrent; aliter autem nescire aiebant, utrum viveret an non. Iactaverant enim hi qui partis Lodharii[a] sentiebant in proelio Karolum cecidisse, Lodhuvicum vulneratum et fuga lapsum abisse. Quapropter inconsultum aiebant in incertis rebus aliquod foedus cum quolibet inire debere. At Guntboldus[1] ceterique coadunati supra praefatos Karoli missos irruere se simulabant, et utique fecissent, si ausi essent. Quapropter ad Karolum Adhelardus et ceteri miserunt mandantes, ut, quantotius posset, venire satageret, quatinus et illis adiutorium praeberet et, si Franci, uti aiebant, ad illum venire vellent, scire posset. Ipsi vero Parisiacam civitatem adeunt adventum Karoli praestolaturi[b]. Quod cum Karolo nunciaretur, protinus his in partibus iter direxit. Ad Sequanam[c] autem ut pervenit, Adhelardum una cum ceteris in Spedonna obviam habuit, et quanquam propter conventum, quod[d] cum *Sept. 1.* fratre in Lingonicam urbem Kal. Sept.[e] condixerat, quoniam imminebat, anxius[f] esset, ratum duxit, ut saltem citato cursu per urbem Belvacensem ac deinde per Compendium et Suessionis, hinc per Remensem[g] et[h] Cadelonensem Lingonicam peteret urbem, quatinus eo tenore id, quod cum fratre statuerat, observare studeret et, si quilibet e Francis ad illum venire[i] vellet, posset. Franci vero eandem paucitatem, quam et Aequitanii spreverant, spernentes variis fictionibus illi se per praesens subdere distulerunt. Quod ut Karolus cognovit, praefatum iter accelerare[k] coepit*. . . . . . Remensem

*) *Hoc loco sequentia per S. Medardi monachum, qui corpora tot sanctorum in monasterio suo quiescere eiusdemque esse Bernacham villam probaret, fortasse per illum falsarium, qui Translationem SS. Tiburtii, Marcellini et Petri ad S. Medardum (SS. XV, p.* 391 *sqq.) eodem animo composuit, manu scribae textui inserta sunt, saeculo XI. per alium falsarium in margine aucta:* Cumque Suessonicam peteret urbem, monachi de Sancto Medardo occurrerunt[l] illi deprecantes, ut corpora sanctorum Medardi, Sebastiani, Gregorii, Tiburcii, Petri et Marcellini, Marii, Marthae, Audifax et Abacuc,

a) lodhadharii *c.* b) praestolari *c.* c) sequonam *c.* d) *sic c.; cf. p.* 22, *l.* 31. e) sēp *c.* f) ancxius *c.* g) remensim *corr.* remensem. h) ut et *c.* i) ueniret, t *eraso c.* k) accelere *c.* l) occurer̄ *c.*

1) *Cf. supra p.* 19, *n.* 1.

— Karl hat sich auf s. Marsch a. Reims i. Paris aufgehalten (Ermoldus)
Paris Sitz des Gr. Gerhard, e. d. Gegner Ks. (vgl. Nith. II 3 (6) — S. 19 Z. 32
S. 16 Z. 4
Nith. jetzt vertrieben: Jedenf.: K. auch in Sept. i. Paris, (Kap. 3) Aber hier günstiger Boden
Damals muss auch EB. Ebbo wieder Reims verlassen [Ingelheimer Synode v. 840 Kap. oben S. 14] (Flodoard) Hist. eccl. Remens.)

(..Münd. der Mandre i. d. Seine)

Bièvre-sur-Vesle

unterh. v. Reims

Hugo fortan in nah. Bezieh. zu Karl (er erhält Abtei ...)

Aus Dietenhofen e. Urk. Lothars v. 1/9 841 (Teotonis villa palacio regio)

841.

urbem petiit; quo cum venisset, nuncium recepit, quod Lodhuvicus[a] ad conventum, quod[b] in Lingonicam urbem condixerant, venire non posset, eo quod Lodharius in regnum illius hostili manu irruere vellet; mandaverant etiam Huc avunculus eius[1] nec non et Gislebertus comes Mansuariorum[c], si in illis partibus isset, ad illum se una cum ceteris esse venturos.

3. Ergo tam pro fratris adiutorio quam et, ut hos, si ad illum venire vellent, recipere posset, ad Sanctum Quintinum iter direxit. Quo quidem Hugonem, sicut mandaverat, obviam habuit et inde in partes Traiecti iter direxit. Lodharius autem, ut haec[2] audivit, omisso[d] Lodhuvico, quem paulo ante persequi statuerat, *(Aug.)* a Warmatia ad conventum, quod[b] Teotonis-villam indixerat, iter arripuit et, qualiter super Karolum irrueret[e], intendit. Quod cum Karolus in Wasiticum[3] didicisset, Hugonem et Adhelardum ad[f] Gislebertum una cum ceteris, [quos[g]] foedere, quo valerent, sibi adnecterent, direxit. Rabanonem[4] etiam ad Lodhuvicum dirigens mandat, qualiter pro suo adiutorio illis in partibus isset, quod Lodharius audiens, illo omisso, supra se cum omnibus copiis ire pararet, monensque[h] ac deprecatur, ut,

---

Honesimi, Meresme et Leocadie *(manus saec. XI. in margine dextera addidit:* Mariani, Pelagii et Mauri, Floriani cum sex fratribus suis, Gildardi, Sereni et domni Remigii [Remorum archiepī, *quod rectum erat, erasum*] *et eadem manu adscriptum:* Rotomagorum archiepiscopi) *[alia manu saec. X. ex. primae fere coaeva in marg. ima add.:* in basilicam, ubi nunc quiescunt], *tunc manu scribae in textu scripta:* et iam tunc maxima ex parte aedificata erat, transferret. Quibus acquiescens inibi mansit et, uti postulaverant, beatorum corpora propriis humeris cum omni veneratione transtulit; insuper et villam quae Bernacha dicitur rebus eiusdem ecclesiae per aedictum addidit. His ita peractis . . . *Per quam interpolationem inter* accelerare coepit *et* Remensem urbem *copula quaedam videtur esse extincta. — Cf. etiam Meyer von Knonau l. c. p.* 6, *p.* 101, *n.* 156; *Simson l. c. p.* 292. 293, *n.* 1.

a) lohuuicus *corr.* lodhuuicus. b) *sic c.; cf. p.* 30, *l.* 19. c) *Pertz, SS. II, p.* 663, *n.* g: *'lege* Masuariorum, *uti et codex S. Victoris habet'; num incolae pagi Masago sint, incertum est; cf. Meyer von Knonau p.* 101, *n.* 158. d) amisso *c.* e) irruet *c.* f) et *c.* g) quos *om. c.* h) *Pertz l. c., n.* 1: *'lege* monetque'.

1) *Patruus (cf. supra l. I, c.* 2, *p.* 2*), S. Quintini abbas; cf. infra c.* 3. 2) *Karolum ad S. Quintinum, inde in partes Mosae propinquas pergere velle; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 142, *n.* 10; *Mühlbacher l. c. nr.* 1087*b.* 3) *Hodie Visé; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 143, *n.* 21. 4) *Comitem; cf. ibidem p.* 101, *n.* 163.

841. quantotius posset, solito more *adiutorium illi praebere *p. 664. studeret. Insuper autem Exemenonem venerabilem episcopum[1] ad Lodharium direxit, solito more humiliter praecepit, ut roget, ut obsecret, meminerit, quod frater filiolusque eius sit; meminerit, quae pater inter illos 5 statuerat, quae tam is quam et sui inter illos iuraverant; meminerit, quod novissime iudicio Dei inter illos voluntas eius declarata sit; et si horum omnium recordare nolit, cesset a persecutione sanctae Dei ecclesiae, misereatur pauperum, viduarum orfanorumque et regnum a patre 10 suo consensu sibi datum ut ingrediatur omittat, ne forte iterato populum Christianum ad cedem mutuam confluere compellat[a]. Et his ita compositis idem ipse Parisiacam urbem adiit tam fratris sui Lodhuvici adventum quam et ceteros fideles suos, quos undique con- 15 vocaverat, praestolaturus. Quod cum Lodharius didicisset, ad eandem urbem iter direxit; habebat enim tam Saxonum quam et Austrasiorum nec non et de Alamannis partem haud modicam secum, horumque auxilio praemaxime confisus[b] ad Sanctum Dyonisium venit. Rep- 20 pererat autem inibi naves plus minus XX[ti]; insuper Sept. quoque Sequana, uti mense Septembrio solet, exigua erat transitumque perfacilem praestabat[c]. Quam ob rem iactabant se sui facile transire posse et hoc utique simulabant se maxime[d] velle. Ergo Karolus quosdam 25 Parisium et[e] Milidonem custodiri[f] praecepit, quosdam vero, ubicumque vada vel navigia esse noverat, residere fecit; ipse vero e regione Sancti Dyonisii iuxta Sanctum Fludualdum castra in meditullio posuit, ut et Lodhario, si ita oporteret, transitum prohibere aut, si alicubi super 30 suos irruere vellet, illis succurrere posset. Et ut perfacile dinosceretur, quo in loco adiutorium praeberi deberet, more maritimo signa in locis congruis atque custodias deputavit. Insuper autem Sequana, mirabile dictu! dum nos nusquam eo in tempore infra duos 35 menses pluvias esse novimus, repente aere sereno tumescere coepit ac sponte his in locis vada ubique prohibuit. Cumque haec ita se[g] haberent, cernens

a) cōnpellat, n *expuncto c.* b) confissus, *priore* s *expuncto c.* c) praestebat *corr.* praestabat. d) mexime *corr.* maxime. e) parisiū & *e* parisius *videtur esse cor-* 40 *rectum.* f) *sic c.* g) se *om. c.*

1) *Noviomensem; cf. ibid. p.* 101, *n.* 165.

Also auch in [illegible] Anhänger Lothars.

Karl in S. Cloud, vgl. II 10, S. 27,13

Meulan — a. d. Seine, unterh. v. Paris, und unterh. v. Einfl. d. Oise

841. Lodharius transitum inibi undique sibi prohibitum[a], eo tenore cum Karolo pacem inire se velle mandavit, ut foedus, quod Karolus cum fratre suo Lodhuvico sacramentis firmaverat, omisisset, et ille econtra foedus, quod cum Pippino nepote suo similiter[b] sacramentis firmaverat, omitteret; et haberet Karolus a Sequana partem occiduam absque Provinciam et Septimaniam, essentque[c] quasi pace perpetua[d] foederati. Re autem vera sic se utrosque facilius decipere posse putabat omneque[e] imperium hac arte invadere sperabat. At Karolus respondit se[f] foedus, quod cum fratre suo necessitate coactus inierat, minime violare velle; insuper ut a Mosa[g] usque Sequanam regnum, quod pater illi dederat, nequaquam congruum videretur, ut illi obmitteret, praesertim cum tanta nobilitas illum secuta de his regionibus esset, quos in sua fide deceptos esse minime oporteret. Quam ob rem, quoniam hiemps aderat, haberet quique honores, quos pater illis dederat, si vellet, mandavit, donec veris tempore, vellent cum paucis, vellent cum omni comitatu, omnes conveniant et, ni[h] statutis aut statuendis concordia concurrat, quid cuique debeatur, armis decernant. Quae quidem Lodharius more solito sprevit et a Sancto Dionysio[i] obviam Pippino, qui ab Aquitania ad illum veniebat, Senones iter direxit; Karolus autem econtra, qualiter Lodhuvicum in adiutorium suum recipere posset, intendit.

4. Interea nunciatum est Karolo, quod soror sua Hildigardis[1] Adelgarium quendam[k] ex suis[2] captum haberet et in urbe Laudunensi una secum custodiri fecisset. Qua pro re expeditos ad hoc opus Karolus sibi delegit ac protinus decedente[l] iam die[3] his in partibus festinus perrexit; distabat enim urbs eadem plus minus leuvas XXXta. Per totam siquidem noctem iter faciens impediente gelu praevalido, hora fere diei tercia insperate subito sorori et civibus cum infinita multitudine nunciatur Karolus adesse, omnisque urbs

a) proibitum *corr.* prohibitum. b) similiter *supra lineam add.* c) essentquę *c.* d) petua *c.* e) omnēq; *c.* f) respondisse *c.* g) ut amosā *c.* h) ne *c.* i) *sic hoc loco c.* k) quandam *corr.* quendam. l) decendente *c.*

1) *Abbatissa, fortasse S. Mariae Laudunensis; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 102, *n.* 188. 2) *Cf. supra p.* 14, *n.* 3. 3) *Verg. Georg. IV,* 466: Te veniente die, te decedente canebat *affert Manitius, 'N. Archiv' IX, p.* 618.

841. militibus circumdata[a] fore. Quo quidem nuncio exterriti, quoniam nec evadendi nec aderat spes moenia tuendi, pacem sub una eademque nocte petunt, Adelgarium confestim reddunt et, ut se urbemque[b] absque conflictu in crastinum dedant, cum omni subiectione 5 promittunt. Dum haec agerentur, milites moram huius rei graviter ferentes, insuper laboris tedio, quod praeterite noctis passi fuerant, permoti in excidium urbis ruere undique coeperunt; essetque procul dubio protinus flammis rapinisque tradita, ni idem Karolus misericordia 10 super ecclesiarum Dei sororisque necnon et populi Christiani permotus minis atque blanditiis horum animos maximo labore compescere *studuisset. Quos cum abscedere fecisset, ut soror postulaverat, concessit et Salmonciacum ab urbe discessit. Crastina quoque die Hildi- 15 gardis ad fidem suam, sicut spoponderat, venit urbemque inlesam et absque conflictu sui iuris restituit. Sororem suam siquidem[c] Karolus benigne excepit[d] et omnia quae actenus erga illum deliquerat illi donavit, multisque verbis blande illam allocutus omnem benigni- 20 tatem, quam frater sorori debet, si deinde benivola erga illum esse vellet, ei perhumane promisit ac quo voluit illam abire concessit. Urbi sua iura statuit et ad suos, quos circa Parisium omiserat, his ita peractis rediit. Senones autem Lodharius Pippino recepto, quid 25 agere deberet, anxius erat. Nam Karolus partem exercitus Sequanam traiecit et in saltum qui Pertica vulgo dicitur direxit. Quos quoniam Lodharius vel se vel suos impedire timuit, primum insectari statuit. Qua quidem re sperabat se et hos facile delere et hoc terrore 30 sibi residuos subiugare maximeque Nominoium[e] Brittannorum ducem suo subdere dominatui posse. Sed frustra haec omnia expleturus adiit, dum nihil horum ad effectum perduxit. Nam exercitus Karoli omnis ab eo salvus evasit, insuper ex suis neminem recepit; et 35 Nomenoius omnia que illi mandaverat insolenter sprevit.

842. His ita se habentibus repente nuntium accepit, quod Lodhuvicus et Karolus una cum ingenti exercitu alter alteri studeret. Cumque se undique rebus adversis circumseptum videret, maximo ambitu inaniter expleto 40 a Turones redire coepit et fatigato exercitu tandem

*p. 665.

a) circuidata *c.* b) urbē quae *c.* c) *sequitur* be *expunctum.* d) excepit *c.* e) *sic hoc loco c.*

Selbst-Volg. des Bretonenherzogs Nominoi. – Eine Urk. aus d. Bretagne v. 14/6 842

od datirt: regnantibus filiis Ludowici imperatoris et grande turbatione inter ipsos

Nominoeque possidente Britanniae ; Urk. v. 13/11: regnantibus Hlotario

et Carolo vel Hludowico et Nominoe duce in Britannia

Dü. Jbb. 1², 170,

Lothar nach Aachen zurück. — M. d. Fuld. Annal. heisst es nur: toto hiberni tempore inani labore consumpto Aquasgrani revertitur.

fessus Franciam pervenit. Pippinus autem, quod se illi 842.
sociaverat, penitudine correptus Aquitaniam se recepit.
Interea audiens Karolus, quod Otgarius[a] Maguntiae
sedis[b] episcopus una cum ceteris Lodhuwico[c] fratri suo
5 transitum ad se prohibuisset, iter per Tullensem urbem
accelerans Elisazam ad Zabarnam introiit; quod cum
Otgarius didicisset, una cum ceteris litore relicto abiit,
et quo quisque valuit ocius se abdidit.

5. Ergo XVI. Kal. Marcii Lodhuvicus et Karolus *Febr. 14.*
10 in civitate quae[d] olim Argentaria vocabatur, nunc autem
Strazburg vulgo dicitur[1], convenerunt et sacramenta,
quae[d] subter notata sunt, Lodhuvicus Romana, Karolus
vero Teudisca lingua iuraverunt. Ac sic ante sacramentum[e] circumfusam plebem, alter Teudisca, alter
15 Romana lingua alloquuti sunt. Lodhuvicus autem, quia
maior natu, prior exorsus sic coepit: 'Quotiens Lodharius
me et hunc fratrem meum post obitum patris nostri insectando usque ad internecionem[f] delere conatus sit,
nostis. Cum autem nec fraternitas[g] nec Christianitas nec
20 quodlibet ingenium, salva iusticia ut pax inter nos esset,
adiuvare posset, tandem coacti rem ad iuditium omnipotentis Dei detulimus, ut suo nutu, quid cuique deberetur, contenti essemus. In quo nos, sicut nostis, per
misericordiam Dei victores extitimus, is autem victus
25 una cum suis quo valuit secessit. Hinc vero fraterno
amore correpti nec non et super populum Christianum
conpassi persequi atque delere illos noluimus, sed hactenus sicut et antea, ut saltem deinde cuique sua
iusticia cederetur, mandavimus. At ille post haec non
30 contentus iudicio divino, sed hostili manu iterum et
me et hunc fratrem meum persequi non cessat, insuper
et populum nostrum incendiis, rapinis cedibusque devastat; quam ob rem nunc necessitate coacti convenimus
et, quoniam vos de nostra stabili fide ac firma frater-
35 nitate dubitare credimus, hoc sacramentum inter nos in
conspectu vestro iurare decrevimus. Non qualibet iniqua
cupiditate illecti hoc agimus, sed ut certiores, si Deus
nobis vestro adiutorio quietem dederit, de communi pro-

a) ogarius *corr.* otgarius. b) sidis *corr.* sedis. c) lodhuiuico *c.* d) quę *c.*
40 e) sacramenta *corr.* sacramentũ. f) iñnic‖tionē *corr.* iñnec‖ionē t *expuncto.*
g) fraternitac *corr.* fraternitas.

1) *Cf. Ann. Fuld. a.* 842, *l. c. p.* 33: apud urbem Argentoratum, quae nunc Strazburgus vocatur.

842. Febr. 14.

fectu simus. Si autem, quod absit, sacramentum, quod fratri meo iuravero, violare praesumpsero, a subditione mea nec non et a iuramento, quod mihi iurastis, unumquemque vestrum absolvo'. Cumque Karolus haec eadem verba Romana lingua perorasset, Lodhuvicus, quoniam maior natu erat, prior haec deinde se servaturum testatus est:[1] 'Pro Deo amur et pro Christian poblo et nostro commun saluament, d'ist di in[a] auant, in quant Deus sauir et podir me dunat, si saluarai eo[b] cist meon fradre Karlo et in aiudha[c] et in cadhuna cosa, si cum om per dreit son fradra salvar dist[d], in o[e], quid il mi altresi fazet; et ab Ludher nul plaid numquam prindrai, qui meon uol *cist meon fradre Karle in damno sit'. Quod cum Lodhuvicus explesset, Karolus Teudisca lingua sic haec[f] eadem verba testatus est: 'In Godes minna ind in thes Christanes[g] folches ind unser bedhero gealtnissi[h], fon thesemo dage frammordes, so fram so mir Got geuuizci indi mahd[i] furgibit[2], so haldih tesan[k] minan bruodher, soso man mit rehtu sinan bruodher[l] scal, in thiu thaz er mig sosoma[m] duo; indi mit Ludheren[n] in nohheiniu thing[o] ne gegango, zhe[p] minan uuillon imo ce scadhen uuerhen[q]'. Sacramentum autem, quod utrorumque populus, quique propria lingua, testatus est, Romana lingua sic se habet: 'Si Lodhuuigs sagrament, quae[r] son fradre Karlo iurat, conservat, et Karlus meos sendra de suo[s] part non lostanit[t], si io returnar non l'int pois, ne io ne neuls, cui eo returnar int pois, in nulla aiudha[u] contra Lodhuuuig nun li iuer[v]'. Teudisca autem

*p. 666.

a) en *post corr.* in. b) *fortasse* sisaluaraieo *corr.* sisaluarieo, a *expuncto.* c) adiudha *corr.* aiudha, d *expuncto.* d) dist, *non* dift, *plane legitur in c., v. Koschwitz l. c. p.* 2. e) In o *spatio ampliore relicto eadem manu posterius esse suppleta videntur.* f) ęc *corr.* hęc. g) xp̄anes *c.* h) gealnissi *corr.* gealtnissi; *rectius* gehaltnissi. i) madh *c.* k) *sic c.; rectius* thesan. l) bruher *c.* m) *rectius* so sama. n) luheren *c.* o) nohein iut||hing *corr.* nohhein iut||hing. p) *sic c.; recte* the. q) uuerhen *c.; recte* werdhen. r) quę *c.* s) *sic c.; rectius* sua *aut* sue. t) *verba, quae litteris* lostanit *continentur, quam varie viri linguae Francicae periti distinxerint et interpretari aut emendare temptaverint, Koschwitz l. c. p. 3. adnotavit.* u) aiuha *corr.* aiudha. v) *cf. Koschwitz l. c. p. 3.*

1) *Iuramenta, quae sequuntur, postremi ediderunt Müllenhoff et Scherer, 'Denkmäler deutscher Poesie und Prosa', ed.* 3. (1892) *I, p.* 231 *sq. et Ed. Koschwitz, 'Les plus anciens monuments de la langue française' ed.* 5. (1897) *p.* 2 *sq., quorum emendationum et adnotationum rationem habui, itemque illarum, quas Iacobo Grimm G. H. Pertz debuerat quasque aliqua ex parte obsoletas huic editioni integras inserere omisi; ceterum de iuramentis cf. quae in praefatione notata sunt.* 2) *Cf. Confess. Fuldens., ed. Müllenhoff et Scherer l. c. I, p.* 242, *l.* 20: so fram so mir Got almahtigo mahti enti giwizzi forgibit.

d
e
-
n
n 5
s
o
s
e
r 10
i
i
d *p. 666.
c
d 15
-
r
n
n
n 20
o
-
-
,
s 25
t
a
n
-
. 30
.
.
.
, 35
.
,
40
-
-
- 45
n

[illegible]

[illegible]

[illegible]

842. *Febr.* 14.

lingua: 'Oba Karl then eid, then er sinemo[a] bruodher Ludhuuuige[b] gesuor, geleistit, indi Ludhuuuig min herro, then er imo gesuor, forbrihchit, ob ih inan es iruuenden ne mag, noh ih noh thero nohhein, then[c] ih es iruuenden mag, uuidhar Karle imo ce follusti ne uuirdhit'. Quibus[d] peractis Lodhuwicus Renotenus per Spiram et Karolus iuxta Wasagum per Wizzunburg Warmatiam iter direxit. Aestas autem, in qua[e] praefatum exactum est prelium, fuit frigida nimis, et omnes fruges persero collectae sunt; autunnus[f] vero et hiemps naturalem ordinem peregerunt. Ac eadem die, qua praedicti fratres nec non et primores populi praefatum pepigere pactum, subsequente gelu[g] nix multa cecidit. Stella cometis[f] mense Decembrio et Ianuario nec non et Februario usque praelatum conventum *apparuit, per Pisces centrum ascendit et inter signum, quod a quibusdam Lyra, a quibusdam vero Andromeda vocatur, et Arcturum obscuriorem hoc concilio expleto defecit[1]. Haec[f] paucis de temporum siderisque serie[h] delibatis ad historiae tramitem revertamur[2]. — Cumque Warmatiam venissent[3], missos deligunt[i], quos protinus ad Lodharium et in Saxoniam[k] mittunt; et horum nec non et Karlemanni[4] adventus inter Warmatiam et Magonciacum[l] prestolaretur, statuunt.

*p. 667.

6. Hic quoque haudquaquam ab re, quoniam iocunda ac merito notanda videntur, de qualitate horum regum et unanimitate, qua[m] interea deguerint[n], pauca referre libet. Erat quidem utrisque forma mediocris cum omni decore pulchra[o] et omni exercitio apta; erat uterque audax, largus, prudens pariter et eloquens; omnemque

a) *sic c.,* m *aliqua ex parte extincto.* b) hidhuuuige (?) *corr.* ludhuuuige. c) *sic c.* (the nihes); *rectius* the. d) Quip; *corr.* Quib;. e) quo *c.* f) *sic c.* g) gellu *corr.* gelu, *priore* l *expuncto.* h) siderisquę serię *c.* i) *sequitur lacuna quinque fere litterarum, sequentes duae voces ab eadem manu posterius esse suppletae videntur.* k) saxiniā *corr.* saxoniā, *litteris* sa *paene extinctis.* l) magonciācū *c.* m) quę *c.* n) *sic c.* o) pulcra *corr.* pulchra.

1) *Cf. Ann. Fuld. a.* 841, *l. c. p.* 33: cometes stella VIII. Kalendas Ian. sub signo aquarii apparuit; *Ann. Xant. a.* 842, *SS. II, p.* 227: quadragesimali tempore stella; *Fragm. chron. Fontanell., ibid. p.* 301: stella cometa . . . a septimo Idus Ianuarii usque die Idus Februarii dies 37; *Flori Lugdun. Querela de divisione imperii v.* 104, *Poetae Lat. aevi Carol. II, p.* 562: mense fere toto. 2) *Cf. Pauli Hist. Langobard. l. IV, c.* 37, *SS. R. Lang. p.* 132: Haec paucis de propriae genealogiae serie delibatis nunc generalis historiae revertamur ad tramitem. 3) *Karolum Febr.* 24. *Wormatiae fuisse diploma Böhmer Reg. Karol. nr.* 1536. *testatur.* 4) *Filii Hludowici regis maioris natu*

842. praemissam nobilitatem excedebat fratrum sancta ac veneranda concordia. Nam convivia erant illis poene assidua, et, quodcumque precium habebant, hoc alter alteri perhumane dabat. Una domus erat illis convivii et una somni[a]; tractabant tam pari consensu communia quam et privata[1]; non quicquam aliud quilibet horum ab altero petebat, nisi quod utile ac congruum illi esse censebat. Ludos etiam hoc ordine saepe[b] causa exercitii frequentabant. Conveniebant[c] autem quocumque congruum spectaculo videbatur, et subsistente hinc inde omni multitudine, primum pari numero Saxonorum[d], Wasconorum, Austrasiorum, Brittonorum, ex utraque parte, veluti invicem adversari sibi vellent, alter in alterum veloci cursu ruebat. Hinc pars terga versa protecti umbonibus ad socios insectantes evadere se velle simulabant, at versa vice iterum illos, quos fugiebant, persequi studebant, donec novissime utrique reges cum omni iuventute ingenti clamore equis emissis astilia crispantes[2] exiliunt et nunc[e] his, nunc illis terga dantibus insistunt. Eratque res digna pro tanta nobilitate nec non[f] et moderatione spectaculo; non enim quispiam in tanta multitudine ac diversitate generis, uti saepe[g] inter paucissimos et notos contingere[h] solet, alicui aut lesionis aut vituperii quippiam inferre audebat.

7. His ita se habentibus Karlemannus cum ingenti exercitu Baioariorum et Alamannorum ad patrem suum Mogontiam venit. Bardo[3] vero, qui in Saxoniam missus fuerat, similiter fecit nuntians, quod Saxones mandata Lodharii sprevissent et, quicquid Lodhuvicus et Karolus illis praeciperent, libenter id facere vellent. Lodharius quoque missos, qui ad se directi fuerant, inconsulte audire distulit[4], quod tam Lodhuvicus quam et Karolus nec non et universus[i] exercitus aegre tulerunt et, qualiter idem ipsi ad illum pervenire possent, intendunt. *Mart. 17.* Ergo XVI. Kal. Aprelis[k, 5] illis in partibus viam dirigunt,

a) somnii *c.* b) sępe *c.* c) Cūueniebant *corr.* Cōueniebant. d) saxonarum *corr.* saxonorum. e) nuc *corr.* nunc. f) non *om.* c. g) sępe *c.* h) contigi *c.* i) uniuersis *corr.* uniuersus. k) *sic c.*

1) *Cf. Ann. Bertin. a.* 841, *l. c. p.* 25: convivii etiam consiliorumque unitate. 2) *Aen. I,* 313: crispans hastilia *attulit Manitius, 'N. Archiv' IX, p.* 618. 3) *Comes; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 104, *n.* 213; *Dümmler l. c. p.* 173, *n.* 6. 4) *Cf. Ann. Bertin. a.* 842, *l. c. p.* 27: legatis eorum a sui praesentia atque conloquio inhibitis. 5) *De die profectionis vide Meyer von Knonau l. c. p.* 104, *n.* 215.

Vom 15. Febr. verließ Lothar Sinzig. In Aachen nimmt er die Kostbarkeiten der Marienkapelle [illegible] Schätze an sich. Er verteilt sie unter den [illegible] – Den kostbaren silbernen Tisch [illegible] zerschlagen verteilt (Ann. Bertin.) Transkurische Planeten [illegible] Arbeit. Ros- [illegible] Chalons s. M. – Troyes (Ostern = 2/4) nach Lyon.

842. et Karolus quidem per Wasagum[1] iter difficile ingressus, Lodhuvicus vero terra Renoque per Bingam[a], Karlemannus[b] autem per Einrichi[2] ad Conflentim[c] in crastinum hora fere diei sexta venerunt[3]; protinusque ad *Mart. 18.* Sanctum Castorem orationis causa pergunt, missam audiunt ac deinde idem reges armati naves conscendunt et Mosellam otius traiciunt. Quod cum Otgarius Mogontiae sedis episcopus, Hatto comes[4], Herioldus[d. 5] ceterique viderunt, quos Lodharius ob hoc inibi reliquerat, ut illis transitum prohibuissent, timore perterriti litore relicto fugerunt. Lodharius quoque, ut fratres suos Mosellam transisse[e] in Sinciaco didicit, confestim et ipse abire et regno et sede[6] non destitit, donec se super ripam Rodani[f] cum paucis, qui se sequi deliberaverant, ceteris omissis excoepit.

Qua finem secundi certaminis dedit Lodharius, terminetur liber tercius.

LIBER QUARTUS.

Non solum me, uti praefatum est[7], ab hoc opere narrationis quiescere delectat, verum etiam, quo ab universa re publica totus[g] secedam, mens variis quaerimoniis[h] referta, assiduis meditationibus anxia versat[i]. *p. 668. Sed quoniam me de rebus universis fortuna *hinc inde iunxit[k] validisque procellis moerentem[l] vehit, qua portum ferar, immo vero poenitus ignoro. Interim autem si aliquod tempus otiosum repperero, quid[m] oberit, si, uti iussum est, facta principum[n] procerumque nostrorum stili officio memoriae mandare curabo? Ergo huic rerum operi quarto assistam et, si in ceteris rebus futuris prodesse nequivero, saltem in his erroris nubeculam proprio labore posteris detergam.

a) Bingum *corr.* Bingam. b) Kalemannus *corr.* Karlemannus. c) *infra p.* 46, *l.* 23. Conflentum. d) herieldus *corr.* herioldus. e) transise *c.* f) rodanis *c.* g) totius *c.* h) quęrimoniis *c.* i) *sic c. pro* versatur. k) *sive* vinxit *(Jaffé).* l) merentem *c.* m) qđ (quod) *c.* n) principium *c.*

1) *I. e. per montes, qui in sinistra ripa Rheni siti hodie 'Hunsrück' nominantur.* 2) *Pagum ad dexteram Rheni et a meridie Loganae et pagi Engerisgowe. P.* 3) *De quo itinere trium principum regionis bene peritus sagaciter disseruit Ed. Ausfeld, 'Westdeutsche Zeitschrift' XIV, p.* 343 *sq.* 4) *Cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 116, *n.* 385; *Dümmler l. c. p.* 174, *n.* 2. 5) *Danorum princeps.* 6) *Scil. Aquisgrani (vide l. IV, c.* 1), *quo se contulit Sinciaco; cf. Reg. Imp. I, ed.* 2, *nr.* 1091*d.* 7) *Libri III. praef*, *p.* 27 *sq.*

842. 1. Usque Lodhuvicus et Karolus Lodharium a regno suo abisse certis indiciis cognovere, Aquis palatium, quod tunc sedes prima Frantiae erat[a], petentes, sequenti vero die, quid consultius de populo ac regno a fratre relicto agendum videretur, deliberaturi. Et quidem primum visum est, ut rem ad episcopos sacerdotesque, quorum aderat pars maxima, conferrent, ut illorum consultu veluti numine divino harum rerum exordium atque auctoritas[b] proderetur. Et hoc illis, quoniam merito ratum videbatur, commissum est. Quibus ab initio gesta Lodharii considerantibus quomodo patrem suum regno pepulerit, quoties populum Christianum periurum sua cupiditate[c] effecerit, quoties idem ipse hoc, quod patri fratribusque iuraverat, frustraverit, quoties post patris obitum fratres suos exhereditare atque delere temptasset, quota[d] homicidia, adulteria, incendia omnigenaque facinora universalis ecclesia sua nefandissima cupiditate perpessa sit, insuper autem neque scientiam gubernandi rem publicam illum habere nec quoddam vestigium bone voluntatis in sua gubernatione quemlibet invenire posse ferebant. Quibus ex causis non inmerito, sed iusto Dei omnipotentis iudicio primum a proelio et secundo a proprio regno fugam illum inisse aiebant. Ergo omnibus unanimiter visum est atque consentiunt, quod ob suam nequitiam[e] vindicta Dei illum eiecerit regnumque fratribus suis melioribus se iuste ad regendum tradiderit. (cf. 1. Reg. 15, 28.) Verumtamen haudquaquam illis hanc licentiam dedere, donec palam illos percontati sunt, utrum illud per vestigia fratris eiecti an secundum Dei voluntatem regere voluissent. Respondentibus autem, in quantum nosse ac posse Deus illis concederet, secundum suam voluntatem se et suos gubernare et regere velle aiunt: 'Et auctoritate divina, ut illud suscipiatis et secundum Dei voluntatem illud regatis, monemus, ortamur atque praecipimus'. Hinc autem uterque illorum duodecim e suis ad hoc opus elegit, quorum unus extiti; et sicut illis congruum, ut inter illos hoc regnum divideretur, visum est, contenti sunt; in qua divisione non tantum fertilitas aut equa portio regni, quantum affinitas et congruentia cuiusque aptata est. Evenitque Lodhuvico omnis Frisia

a) quod — erat *non per Nithardum eiusdem temporis auctorem scripta, sed per scribam posterioris aevi videntur esse addita.* b) uictoritas *c.* c) cupidita *c.* d) *sic c.* e) sua nequitia *c.*

Lothar [illegible] [illegible] Febr. [illegible] [illegible]

[Sie glauben, Loth. habe sich [illegible] Ital. [illegible]
[illegible] als bei Nithard [illegible] Ann. Fuld. [illegible]: Putantes autem eum, ut fama vulgabat, rebus desperatis Italiam petere.

5

Der kgl. Grundbes. [illegible] Domänen, selbst verwaltet. [illegible] Beamten d. kgl. Wirtschaftsführung: Seneschalk u. Schenk; Palatien [illegible] kgl. Haus- u. Hofhaltg. hergerichtete Domänen. Das [illegible] Pfalz gehörte [illegible] z. T. Herrenh., z. T. Beneficial- [illegible] Zinsgüter. [illegible] Domänen hatten ihre Überschüsse an d. ihnen übergeordneten Pfalzen zu liefern.

10

15

20

25

30

Erwähnt wird der [illegible] auch i. d. Jahrbüchern v. Fulda.

35

40

vgl. MA [illegible], 687,

[illegible]

et cetera[a]. . . . . 842.
Karolo vero[b] . . . .

2. Quibus peractis[c] quique illorum e populo, qui se sequutus est, suscepit ac sibi, ut deinceps fidelis esset, sacramento firmavit. Et Karolus quidem Mosam regnum suum ordinaturus traiecit, Lodhuvicus vero Saxonorum causa Coloniam petiit[1]. Quorum casus quoniam maximos esse perspicio, praetereundos minime puto. Saxones quidem, sicut universis Europam degentibus patet, Karolus Magnus imperator ab universis nationibus non inmerito vocatus[2] ab idolorum vana cultura multo ac diverso labore ad veram Dei Christianamque religionem convertit. Qui ab initio tam nobiles quam et ad bella promptissimi multis inditiis persaepe claruerunt. Que gens omnis in tribus ordinibus divisa consistit: sunt etenim inter illos qui edhilingui[d], sunt qui frilingi, sunt qui lazzi illorum lingua dicuntur; Latina vero lingua hoc sunt: nobiles, ingenuiles atque serviles[3]. Sed pars illorum, quae nobilis inter illos habetur, in duabus partibus in dissensione Lodharii ac fratrum suorum divisa, unaque eorum Lodharium, altera vero Lodhuvicum secuta est. His ita se habentibus, cernens Lodharius, quod post victoriam fratrum populus, qui cum illo fuerat, deficere vellet, variis necessitatibus astrictus, quocumque et quomodocumque poterat, subsidium quaerebat. 841. *Hinc rem publicam in propriis usibus tribuebat, hinc quibusdam libertatem dabat, quibusdam autem post victoriam se daturum promittebat, hinc etiam in Saxoniam misit frilingis lazzibusque, quorum infinita multitudo est, promittens, si secum sentirent, ut legem, quam ante-

*p. 669.

a) *trium linearum spatium vacat, quod s. XVI. manus, fortasse Pithoei, Historiae reg. Franc., Bouquet SS. VII, p. 259, locum quo de pacto Virdunensi agitur (cf. Reginonis Chron. a. 842, SS. R. G. p. 75) exscribens ita explevit:* Ludovico orientalia regna cesserunt, omnis scilicet Germania usque ad regni *(sic c. pro* Rheni*)* fluenta et alique civitates trans Rhenum cum adiacentibus pagis. b) *tres lineas vacuas eadem manus indidem ita explere conata est,* Karolo *in* Karolus *mutato:* accepit occidentalia regna a Britannico oceano usque ad Mosam fluvium, in qua parte ex tunc et modo nomen Francie remansit. *Cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 121, *n.* 484; *Mühlbacher, 'Deutsche Gesch. unter den Karol.' p.* 443. c) per actib; *corr.* per actis. d) *sic legerunt Lebègue et Holder, aliter W. A(rndt), 'Literar. Centralblatt' a.* 1882, *col.* 959: etdilingj.

1) *Ibique pascha (Apr.* 2.*) celebravit, cf. Ann. Bertin. a.* 842, *l. c. p.* 27. 2) *Eadem fere verba supra l. I, c.* 1. 3) *De his ordinibus Vita s. Lebuini, SS. II, p.* 361, *iisdem fere verbis; similiter, sed rectius Transl. s. Alexandri l. c. p.* 675; *de quibus v. praefat. Lazzi non servi, sed semiliberi sunt (Ann. Fuld. a.* 842, *l. c. p.* 33: liberti; *Ann. Xant. a.* 841. 842, *SS. II, p.* 227: servi*); cf. Mühlbacher l. c. nr.* 1084*k; Dümmler l. c. p.* 164, *n.* 3.

841. cessores sui tempore, quo idolorum cultores erant, habuerant, eandem illis deinceps habendam concederet[1]. Qua supra modum cupidi nomen novum sibi, id est Stellinga[a], imposuerunt[2] et in unum conglobati dominis e regno poene pulsis more antiquo qua quisque volebat lege vivebat. Insuper autem Lodharius Nortmannos causa subsidii[b] introduxerat partemque Christianorum illis subdiderat[3], quibus etiam, ut ceteros Christianos 842. depraedarent, licentiam dabat. Igitur metuens Lodhuvicus, ne idem[c] Nortmanni nec non et Sclavi propter affinitatem Saxonibus, qui se Stellinga nominaverant, coniungerent regnumque sibi vindicaturi invaderent et Christianam religionem his in partibus annullarent; quam ob rem, uti praetulimus, praemaxime[d] . . . . . . adiit et, in quantum valuit, simul et cetera regni sui scandala, ne hoc nefandissimum malum sanctae Dei ecclesiae deveniret, precavit. Quibus expletis Viridunensium civitatem Lodhuvicus per Teotonis-villam, Karolus autem per Remensem urbem adeunt, quid deinceps agendum videretur, deliberaturi[e].

3. Per idem tempus Nortmanni Contwig depredati sunt, inibique mare traiecto Hamwig[4] et Nordhunnwig[f, 5] similiter depopulati sunt. Lodharius autem, ut se supra ripam Rodani recepit, navigio eiusdem fluminis fretus inibi resedit; quo undique quos valuit sibi in subsidium[g] adtraxit. Verumtamen legatum ad fratres suos dirigens mandat, si sciret, qua fieri posset, primores suos ad illos dirigere vellet de pace deliberaturos. Responsum est, mitteret quos vellet, facile quemlibet scire posse, qua illis deveniret esse; ipsi vero uno eodemque itinere per Tricasinensium Cadhellonensem adeunt urbem[6]. Cumque

a) Stellingua *expuncto* u *corr.* Stellinga. b) subdii *corr.* subsidii. c) eidem *corr.* idem, e *expuncto.* d) *sequitur lacuna litterarum fere viginti;* Coloniam *suppl. in edd. prioribus ex loco p.* 41, *l.* 7; *cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 121, *n.* 484. e) deliberaturi *e* diliberaturi *esse correctum videtur.* f) Nordhūnuuig *c.* g) subdium *c.*

1) *Cf. Ann. Bertin. a.* 841, *l. c. p.* 26: in tantum ut Saxonibus qui Stellinga appellantur, quorum multiplicior numerus in eorum gente habetur, obtionem cuiuscumque legis vel antiquorum Saxonum consuetudinis, utram earum mallent, concesserit. 2) *Cf. Ann. Xant. a.* 841. *l. c.:* nomen sibi usurpaverunt Stellingas. 3) *Herioldo Walacram insulam aliaque vicina loca in beneficium conferens; cf. Ann. Bertin. a.* 841, *l. c. p.* 26. 4) *Hic locus iam non existit, in comitatu Hampshire, haud procul a Southampton situs erat (O. Holder-Egger, SS. XV, p.* 91, *n.* 3*).* 5) *Fortasse Norwich; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 121, *n.* 483; *Dümmler l. c. p.* 197, *n.* 2. 6) *Cum dubitare non liceat, quin auctor civitatem ad Matronam (Châlons-sur-Marne),*

Zug der Friesen u. [illegible] herabgedrückt

Was N. nur andeutet, zeigt [illegible] ist. Annal. v. S. Bertin, sehr bestimmt [illegible] heidnische Gebräuche lebten wieder auf. (Diese Heiligen ist wohl [illegible] [illegible] [illegible])

Von L. d. Fr. hatte 826 dem Worms- (Cöln) Fürsten Heriolt eine fries. Grafsch. zu Lehen gegeben.

Quentowik ist Picardie

vgl. Vogel

[illegible]

Die primores vollen Tracta vgl. IV 6 Anfang (S. 78,15 — Entwickl. Rolle d. Grossen!

[illegible]

Miliciacum[a. 1] venissent, Iosippus[2], Eberhardus[3], Egbertus[4] una cum ceteris a parte Lodharii ad illos venerunt dicentes, quod Lodharius cognovisset se in Deum et illos deliquisse[5], nolletque amplius, ut altercatio inter 5 illos et Christianum populum esset; si vellent aliquid illi[b] supra terciam partem regni propter nomen imperatoris, quod illi pater illorum concesserat, et propter dignitatem imperii, quam avus regno Francorum adiecerat, augere, facerent; sin aliter, terciam tantummodo 10 partem totius absque Langobardia, Baioaria et Aquitania illi concederent; regeretque quisque illorum Deo favente portionem regni sui, prout melius posset; frueretur alter alterius subsidio ac benivolentia; concederent pacem et leges invicem sibi subiectis[c], essetque inter 15 illos Deo auctore pax pacta perpes. Quod cum Lodhuvicus et Karolus audissent, et illis plebique universae perplacidum[d] esset, in unum una cum primoribus coeunt ac, quid de talibus acturi essent, gratanti animo conferunt. Aiebant[e] se hoc in exordio dissensionis voluisse 20 et, quanquam peccatis intervenientibus proficuum esse non posset, saepe hoc illi mandatum fuisse. In eo tamen omnipotenti Deo gratias referebant, cuius tandem ope adiuti hoc promeruerant, ut frater illorum, qui semper pacem atque concordiam spreverat, Deo largiente 25 tunc illa petebat. Verumtamen solito more ad episcopos sacerdotesque rem referunt, ut quocumque divina auctoritas id vertere[f] vellet, nutu ipsius libenti animo praesto adessent. Quibus cum undique, ut pax inter illos fieret, melius videretur, consentiunt, legatos convocant, postu- 30 lata concedunt. Cumque in divisione regni quattuor

842.

a) *quod Schwartz l. c. p. 77, n. 3. ratione non sufficiente in* Climiciacum *mutare voluit; cf. Mühlbacher l. c. nr.* 1091*i*; *Dümmler l. c. p.* 179, *n.* 3. *et infra n.* 1. b) illis *c.* c) sub iectas *c.* d) perplacitum *emendavit Pertz.* e) Agebant *c.* f) uetere *c.*

non ad Saugonnam sitam (Chalon-sur-Saône) significet (cf. Meyer von 35 *Knonau l. c p.* 98, *n.* 115, *p.* 106, *n.* 242; *Dümmler l. c. p.* 179, *n.* 2; *Mühlbacher l. c. nr.* 1091i. 1371d*), erravisse illum oportet dicentem reges per Tricasinensium Cadhellonensem urbem adiisse; immo vero per Cadhellonensem urbem Tricasinorum civitatem illos esse profectos conicere debemus.* 1) *Aut Mussy ad Sequanam supra Bar-sur-Seine (Pertz),* 40 *aut Mellecey haud procul a Cabillono inter septentrionem et occidentem (Mühlbacher l. c. nr.* 1091*i*; *Dümmler l. c. p.* 179, *n.* 3*).* 2) *Cf. supra l. I, c.* 7, *p.* 11. 3) *Marchio Foroiuliensis; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 117, *n.* 396; *Simson l. c. II, p.* 153—154; *Dümmler l. c. p.* 119, *n.* 1. *et p.* 179, *n.* 4; *Mühlbacher l. c. nr.* 1091*i.* 4) *Cf.* 45 *Dümmler l. c. p.* 179, *n.* 4. 5) *Cf. supra p.* 11, *n.* 1.

842. dies vel eo amplius morarentur, tandem visum est, ut inter Renum et Mosam usque ad exortum Mosae ac deinde ad exortum Saugonne et sic per Saugonnam[a] usque ad confluentum Rodani et sic deinde per Rodanum usque in mare Tyrrenum[1] omnes videlicet episcopatus, abbatias, comitatus, fisca cis[b] Alpibus consistentia absque . . . .[c] illi in parte regni tercia offerrent, et, si hanc recipere rennuat, quid cuique debeatur, armis decernant. Quod quidem, quanquam ultra quod iustum ac congruum, ut quibusdam videbatur, inventum fuerit, per Conradum[2], Cobbonem[3], Adhelhardum[d] et ceteros mandatum est; ipsi vero interim, donec qui missi fuerant reverterentur, in eodem *loco esse se decernunt responsum Lodharii praestolaturi. Qui cum ad Lodharium[e] venissent, reppererunt illum paululum minus solito more animatum. Aiebat enim se non esse contentum in eo, quod fratres sui illi mandaverant, quia equa portio non esset, querebaturque[f] insuper suorum, qui se sequuti sunt, causam, quod in praefata parte, quae illi offerebatur, non[g] haberet, unde illis ea quae amittebant restituere posset. Quam ob rem — ignoro, qua fraude decepti — hi qui missi fuerant augent illi supra definitam partem usque in Carbonarias; insuper, si hoc usque ad tempus, quod illis pariter conveniret, reciperet, iurant illi, quod tunc fratres sui iureiurando, prout aequius possent, regnum omne absque Langobardia, Baioaria et Aequitania[h] in tribus partibus dividerent, essetque super his sua electio, ut quam vellet harum acciperet, ac diebus vitae suae eandem illi concederent in eo, quod ille illis similiter faceret; et haec omnia, si aliter non crederet, sacramento sic se facturos promitterent. Iurat etiam Lodharius sic se velle ac sua ex parte sic perficere in eo, quod fratres sui, uti missi illorum tunc illi iuraverant, adimplessent.

*p. 670.

Iun. 15. 4. Igitur mediante Iunio, feria videlicet quinta, propter civitatem Madasconis in insula quae Ansilla[i]

a) saugonnē *corr.* saugonnā. b) fiscas is *corr.* fiscac is. c) *sequitur lacuna litterarum fere duodecim, de qua explenda sententiae variantur: A. F. Gfrörer, 'Gesch. der ost- und westfränk. Karol.' I, p. 63.* Moguntia, Wormatia et Nemeto, *Meyer von Knonau l. c. p. 107, n. 248. aut* omnis Frisia *aut* Ripuaria *proposuerunt.* d) adhebhardum *c.* e) adloharium *c.* f) quęrebaturque *c.* g) nec non *c.* h) *sic hoc loco c.* i) anxilla *corr.* ansilla.

1) *I. e. Mediterraneum.* 2) *Cf. supra l. I, c.* 3, *p.* 3. 3) *Comitem Saxonicum; cf. Meyer von Knonau l. c. p.* 45 *sq.; Dümmler l. c. v.* 181, *n.* 2.

[illegible]

5

10

*p. 670.

15

20

25

30

35

40

45

[illegible]

842.

dicitur cum aequo numero primorum[a] Lodharius, Lodhuvicus et Karolus conveniunt et hoc sacramentum mutuo sibi iuraverunt, videlicet ut ab ea die[b] et deinceps invicem sibi pacem conservare deberent, et ad placitum, quod fideles illorum inibi statuissent, regnum omne absque Langobardia, Baioaria et Aquitania cum sacramento, prout aequius possent, in tribus partibus sui dividerent, electioque partium eiusdem regni esset Lodharii; et quique[c] illorum partem, quam quisque acciperet, cuique deinde omnibus diebus vitae suae conservare deberet in eo, si adversus fratres[d] suos frater suus similiter faceret. Quo expleto adhibitisque verbis pacificis pacifice discedunt, ad castra redeunt, in crastinum de ceteris deliberaturi. *Iun. 16.* Quanquam et id aegre vix, tamen effectum est, et[e] usque ad conventum, quod in Kal. Octobris condixerant, *Oct. 1.* pacifice quisque in sua portione, qua vellet, esset. Et Lodhuvicus quidem[f] Saxoniam, Karolus vero Aquitaniam ordinaturi adeunt, Lodharius autem iam, ut sibi videbatur, de electione regni partium securus Arduennam[g] venatu petit omnesque primores suae portionis populi, qui a se, dum a regno abiret[h], necessitate coacti desciverant, honoribus privavit. Lodhuvicus etenim in Saxonia seditiosos, qui se, uti praefatum est, Stellinga nominaverant, nobiliter, legali tamen cede compescuit[i, 1]. Karolus vero in Aquitaniam Pippinum fugavit; quo latitante nihil aliud notabile efficere valuit, praeter quod Warinum quendam ducem[2] ceterosque, qui sibi fidi videbantur[k], ob custodiam eiusdem patriae inibi reliquit[l]. Insuper Egfridus comes Tolosae[3] e Pippini sociis, qui ad se perdendum missi fuerant, quosdam in insidiis cepit[m], quosdam stravit. Idemque Karolus ad placitum, quod cum Lodhuvico fratre suo Warmatiam condixerat, iter direxit. Cumque Mettis pridie Kal. Octobris venisset, *Sept. 30.* Lodharium in villa Teotonis repperit, quo ante condictum placitum venerat ac aliter, quam statuerat, residebat. Quam ob rem his, qui a parte

a) *emendavi O. H.-E.;* priorum *c.* b) de *corr.* die. c) *sic c. pro* quisque *ut infra saepius.* d) fratri et *c., quod emendavi, sicut Pertz, SS. II, p.* 670, *n.* c., *proposuerat; aliter Schwartz l. c. p.* 82, *n.* 1: adversus fratrem et se frater suus. e) *nescio an* ut *emendandum sit.* f) quidæm *c.* g) arduennē *corr.* arduennā. h) habiret *c.* i) compescunt *c.* k) uebantur *c.* l) reliquid *c.* m) coepit *c.*

1) *Cf. Ann. Xant. a.* 842, *SS. II, p.* 227: servos Saxonum superbe elatos nobiliter afflixit. 2) *Cf. supra p.* 8, *n.* 2, *p.* 17, *n.* 1. *et Meyer von Knonau l. c. p.* 108, *n.* 267. 3) *Cf. ibid. p.* 108, *n.* 266.

842. Lodhuvici[a] nec non et Karoli propter divisionem regni Mettis residere debuerant, tutum minime videbatur, ut, dum seniores sui in Warmatia et Lodharius in Teotonisvilla essent, illi Mettis regnum dividerent. Distat enim Warmatia a Mettis leuvas plus minus LXX, Teotonis 5 autem villa plus minus octo. Occurrebat etiam, quod Lodharius in fratrum deceptione sepe perfacilis promptusque extiterat, ideoque suam salutem illi credere haudquaquam absque[b] qualibet securitate audebant. Ergo Karolus horum saluti consulens ad Lodharium dirigit, 10 mandat, quoniam aliter, quam convenisset, venerat et erat, si vellet, ut missi fratris sui nec non et sui inibi una cum suis remanerent, daret illi obsides, ut de[c] salute illorum fidus esset; sin aliter, mitteret[d] ille missos suos Warmatiam ad illos, et illi quos vellet obsides illi 15 darent; sin aliter, recederent a Mettis pari[e] spatio; sin etiam et hoc nollet, in meditullio, qua vellet, missi illorum convenissent: non enim se tot nobilium virorum salutem neglegere debere dicebat. Erant quidem[f] octoginta electi ex omni multitudine omni nobilitate prae- 20 stantes, quorum interitus ni praecaveretur, maximam sibi fratrique suo posse inferre iacturam aiebat. Tum tandem pro commoditate omnium hinc inde visum est, ut Confluentum *missi illorum, centum decem[g] videlicet, absque *p. 671. obsidibus convenirent inibique regnum, prout aequius 25 possent, dividerent.

Oct. 19. 5. Quo scilicet XIIII. Kal. Novenbris convenientes, ne forte quoddam scandalum inter homines illorum qualibet ex causa oriretur, pars illorum, quae a Lodhuwico nec non et Karolo[h] venerat, orientalem ripam Reni 30 metantes, quae autem a Lodhario, occiduam, cotidieque ob commune colloquium Sanctum Castorem petierunt. Cumque ad regni divisionem hi, qui a[i] Lodhuvico et Karolo missi fuerant, variis querimoniis accessissent[k], quesitum est, si quis illorum totius imperii noticiam ad 35 liquidum haberet. Cum nullus repperiretur, quaesitum est, cur missi illorum illud in transacto spatio non circumissent, et illorum industria inbreviatum esset; cum

a) lohuuici *c.* b) absquæ *c.* c) des *c.* d) mittere *c.* e) par *c.* f) quidaem *corr.* quidem, a *expuncto.* g) decī *c.; cum Ruodolfus (Ann. Fuld. a.* 842, *l. c. p.* 33*)* 40 *e partibus singulorum quadraginta missos esse narret, cui auctor ipse supra dicens e parte Hludowici et Karoli octoginta fuisse assentitur, verisimile est* centum decem *per scribam e* CXX *corruptum esse; cf. Paetz l. c. p.* 35; *Meyer von Knonau l. c. p.* 109, *n.* 272; *Dümmler l. c. p.* 186, *n.* 1; *Mühlbacher l. c. nr.* 1093*b.* h) Karoli *c.* i) ad *corr.* a, d *expuncto.* k) accessisent *c.* 45

5

10

15

20

*p. 671.
25

30

35

[illegible]

[illegible]

Ludowicus [illegible] Karoli [illegible] [illegible] Wormatia [illegible] [illegible] Ludowicus [illegible] [illegible] [illegible] dividerent.

5. Qua aestate XIIII. Kal. Novembris [illegible] [illegible] [illegible] Karoli [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

et hoc, ut fieret, Lodharium nolle repperissent, aiebant 842.
inpossibile esse ignoranti quoddam aequaliter dividere
posse. Novissime autem quaesitum est, quoniam sacramento
illud, prout aequius ac melius possent nossentque,
5 dividere deberent, si hoc sincere iurare possent, dum
scirent, quod nemo ignoranter id facere valeret. Et hoc
quoque ad conferendum episcopis commissum. Qui hinc
inde in basilica sancti Castoris convenientes, a parte
Lodharii aiebant, si in sacramento quilibet deliquisset,
10 hoc expiare posse, ac per hoc melius esset, ut hoc facerent,
quam diutius tot rapinas[a], incendia, homicidia,
adulteria ecclesia Dei pateretur. At contra hi qui a
parte Ludhuvici[b] nec non et Karoli erant aiebant, dum
neutrum necesse esset, cur in Deum peccare deberent?
15 Aiebant melius esse, ut firmaretur pax inter illos, mitterentque
pariter per universum imperium, et imbreviaretur,
ac tum tandem iurare quod certum est absque
periculo aequaliterque dividere posse censebant: sic quoque
periuria ceteraque facinora devitare, ni ceca cupi-
20 ditas impediret, posse firmabant; ac per hoc nec[c] se
ledere in sacramento velle nec cuipiam, ut faceret[d],
licentiam dare testabantur. Qua dissentientes quique,
qua venerat, ad suos secesserunt. Hinc omnes in eadem
domo[1] convenerunt, a parte Lodharii dicentes, quod parati
25 ad sacramentum et ad divisionem, uti iuratum fuerat,
essent; at contra a parte Lodhuvici et Karoli similiter
se velle, si possent, aiebant; novissime autem, quoniam
neuter quod alter volebat absque seniorum suorum aucto-
ritate assentire audebat, statuunt, ut pax inter illos esset,
30 donec scire possent, quid seniores sui horum recipere
vellent; et hoc fieri posse in Non. Novenbris visum est, *Nov. 5.*
usquequo pacis[e] termino constituto[f] discedunt. Qua quidem
die[2] terrae[g] motus magnus per omnem poene hanc
Galliam factus est, eademque die Angilbertus vir memo-

35 a) rapinę *c.* b) *sic hoc loco c.* c) ne *c.* d) facere, t *extincto c., quod Pithoeus male in* facerent *mutavit.* e) pascis *c.* f) constituti *c.* g) *sic Hariulf. III,* 5; ter *c. sequentibus litteris extinctis.*

1) *I. e. in basilica sancti Castoris.* 2) *Scil. Non. Nov., quod L. Traube, Poetae lat. aevi Carol. III, p.* 268, *n.* 4, *contra Meyer von Knonau*
40 *l. c. p.* 110, *n.* 292. *recte contendisse videtur. — Cf. Fragm. chron. Fontanell., SS. II, p.* 302: 9. Kalend. Novembris, feria tertia, hora noctis prima terrae motus validus extitit, et perseveravit huius sonus per septem dies; *Ann. Bertin. a.* 842, *l. c. p.* 29: in inferioribus Galliae.

842. rabilis Centulo translatus et anno post decessum eius[1] XXVIIII. corpore absque aromatibus indissoluto repertus est[2]. Fuit hic vir ortus eo in tempore haud ignotae familiae. Madhelgaudus autem, Richardus[a] et hic una progenie[b] fuere et apud Magnum Karolum merito magni habebantur[c]. Qui ex eiusdem magni regis filia nomine Berehta Hartnidum[d] fratrem meum et me Nithardum genuit. Centulo opus mirificum in honore omnipotentis Dei sanctique Richarii[e] construxit[3], familiam sibi commissam mirifice rexit, hinc vitam[e*] cum omni felicitate defunctam Centulo in pace quievit. His paucis de origine mea delibatis ad historiae seriem[f] redire libet[4].

6. Cum autem, uti praefatum est, reversi quique regi suo quae invenerant nuntiassent, hinc inopia, hinc hieme instante, hinc etiam, quod primores populi degustato semel periculo iterum praelium nolebant, ac per

843. hoc, ut pax inter illos usque in vigesimo die post mis-
Iul. 14. sam sancti Iohannis[g] firmaretur, assentiunt. Ad quam
842. statuendam[h] hinc inde primates[i] populi Teotonis-villam confluunt, iurant, ut ipsi reges inter se interim mutuam pacem servare[k] deberent[l], et ut nequaquam quolibet modo omitteretur, ne[m] in eodem conventu, ut aequius possent, omne regnum dividerent, essetque Lodharii, uti iuratum fuerat, partium electio eiusdem regni. Hinc quique[n] qua libuit discessit, et Lodharius Aquis hiematum petiit[5], Lodhuvicus Baioariam, Karolus autem uxorem ducturus Carisiacum venit. Eodem tempore Mauri a[o] Sigenulfo fratre[p] Sigihardi[6] sibi causa subsidii inducti Beneventum invadunt. Eodem etiam tempore Stellinga in Saxonia contra dominos suos iterum rebellarunt, sed praelio commisso nimia cede prostrati sunt; ac sic[q] auctoritate interiit, quod sine auctoritate surgere prae-

a) rihardus *c.* b) progenię *c.* c) habeuantur *corr.* habebantur. d) harnidu *corr.* hartnidū. e) ricarii *corr.* richarii. e*) hinc post vitam *Hariulfi Chron. Centul. III, 5, ed. F. Lot p.* 102. f) serem *corr.* seriem. g) ihannis *corr.* iohannis. h) stutuendā *corr.* statuendā. i) primatus *c.* k) seruari *c.* l) deberaent, a *expuncto corr.* deberent. m) ni *c.* n) *sic c.; v. supra p.* 47, *l.* 22. o) a *supra lineam additum.* p) fratris *c.* q) si *c.*

1) *A.* 814. *Febr.* 18. 2) *Cf. Miconis epitaph. Angilberti v.* 9. 10, *Poetae Lat. III, p.* 314: Post annos obitus bis denos eius et octo, Corpore cum nactus integer in solito est. 3) *Cf. Angilberti de eccl. Centul. libellum, SS. XV, p.* 174 *sqq.* 4) *Cf. supra p.* 37, *n.* 2. 5) *Antea Teotonis-villa Gundulfi villam (Gondreville) profectus; cf. Reg. Imp. I, ed.* 2, *nr.* 1096; *Dümmler l. c. p.* 187, *n.* 4. 6) *Langobardorum ducis a.* 839. *interfecti; cf. Mühlbacher l. c. nr.* 1093*d.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Conhale [illegible] et anno post [illegible] XXVIIII, corpore [illegible] est. Fuit hic vir [illegible] in [illegible] [illegible] et apud Magnum [illegible]. Qui [illegible] [illegible] [illegible] Conhale in pace [illegible].

8. Cum autem, [illegible] [illegible] et pax inter illos [illegible] [illegible]

[illegible]

sumpsit. Accepit quidem Karolus, uti praefatum est, in 842.
coniugio Hirmentrudem Uodonis[1] et Ingeltrudis filiam
*p. 672. et neptem[a] Adelardi. Dilexerat autem *pater eius suo
in tempore hunc Adelardum adeo, [ut, quod[b]] idem vellet
5 in universo imperio, hoc pater faceret. Qui utilitati[c]
publicae[d] minus prospiciens placere cuique intendit.
Hinc libertates, hinc publica in propriis usibus distribuere
suasit ac, dum quod quique petebat, ut fieret,
effecit, rem publicam penitus annullavit[e]. Quo quidem
10 modo effectum est, ut in hac tempestate populum qua
vellet facile devertere posset, et hac de re Karolus praefatas[f]
nuptias maxime iniit, quia cum eo maximam partem
plebis sibi vindicare posse putavit. Nuptiis quidem
XVIIII. Kal. Ianuarii[2] expletis natalem Domini ad Dec. 14. Dec. 25.
15 Sanctum Quintinum celebre peregit, Valentianas[3] quoque,
qui de fidelibus suis inter Mosam Sequanamque causa
custodie remanere deberent, ordinavit; idem vero partibus
Aquitaniae una [cum[g]] coniuge anno DCCCXLIII. 843.
incarnationis Domini in hieme iter direxit. Fuit autem
20 eadem hiemps praefrigida nimis ac diuturna, langoribus
insuper habundans nec non et agriculturae peccorique
apibusque satis incongrua.

7. Hic quique colligat, qua dementia utilitatem
publicam neglegat, privatis ac propriis voluntatibus in-
25 saniat[h], dum ex utrisque creatorem adeo offendat, ut
etiam omnia elementa eius vesaniae contraria reddat.
Quodque huiuscemodi exemplis pene adhuc omnibus
notis praefacile probaturus accedam. Nam temporibus
bone[i] recordationis Magni Karoli, qui evoluto iam pene
30 anno XXX. decessit, quoniam hic populus unam eandemque
rectam ac per hoc viam Domini publicam incedebat[4],
pax illis atque concordia ubique erat, at nunc econtra,
quoniam quique semitam quam cupit incedit, ubique dis-

a) neptam *c.* b) ut quod *om. c.* c) utilitate *c.* d) publicę *c.* e) an nulavit
35 *corr.* an nullavit. f) pfatus *c.* g) cum *om. c.* h) insaniet *c.; inserviat emendandum esse censeo O. H.-E.* i) bene *c.*

1) *Cf. supra p.* 7, *n.* 4. 2) *Immo Idibus Decembr.; cf. Paetz l. c. p.* 35; *Meyer von Knonau l. c. p.* 110, *n.* 296; *Dümmler l. c. p.* 187, *n.* 6.
3) *Quo loco Karolum a.* 843. *Ian.* 13. *fuisse diploma, Böhmer, Reg.*
40 *Karol. nr.* 1537, *testatur.* 4) *Osea* 14, 10: quia rectae viae Domini; *Ezech.* 33, 20: Non est recta via Domini; *Act.* 13, 10: non desinis subvertere vias Domini rectas; 2. *Reg.* 15, 23: cunctus populus incedebat contra viam.

843. sensiones et rixae sunt manifestae. Tunc ubique habundantia[a] atque leticia, nunc ubique poenuria[b] atque mesticia. Ipsa elementa tunc cuique rei[c] congrua, nunc autem omnibus ubique contraria, uti scriptura divino
Sap. 5, 21. munere prolata testatur: *Et pugnabit orbis terrarum contra* 5 *insensatos*. Per idem tempus eclypsis lunae XIII. Kal.
Mart. 20. Aprilis[1] contigit. Nix insuper multa eadem nocte cecidit meroremque omnibus, uti praefatum est, iusto Dei iuditio incussit. Id propterea inquam, quia hinc inde ubique rapinae et omnigena mala sese inserebant, illinc aeris 10 intemperies[d] spem omnium[e] bonorum eripiebat.

a) habuntia *c.* b) poenciria *c.* c) regi *c.* d) inteperiaes, a *expuncto c.* e) ominiū *c.*

1) *Immo vero Mart.* 19; *vide Th. v. Oppolzer, 'Kanon der Finsternisse' in 'Denkschr. der K. Ak. der Wiss., math.-naturw. Kl.' LII, p.* 356. 15

a-
e
c
o
a 5
.
t
o
e
s 10
.
y
15

[illegible]

[illegible]

ANGELBERTI RHYTHMUS DE PUGNA FONTANETICA.

*Cum G. H. Pertz b. m. Angelberti rhythmum Nithardi Historiarum editionibus prioribus e solo codice Pari-
5 sino subdidisset, E. Dümmler b. m. tribus codicibus usus iam a.* 1877, *tum a.* 1884. *inter Poetas Lat. aevi Carol. II, p.* 137—139. *cum emendatius edidit, cuius textum et apparatum criticum paucis mutatis hoc loco repetimus. Codices sunt: Parisinus Lat. nr.* 1154, *olim S. Martialis Le-
10 movicensis, saec. X, signatus littera L; Fabariensis olim, nunc archivi S. Galli, saec. IX ex., signatus F; comitum de Dzialinski Kornikanus provinciae Posnaniensis nr.* 124, *saec. IX, signatus P. Sed liber Parisinus longe reliquis duobus praestat, cum in P lectio vera haud raro temere
15 mutata, liber F et mendosus et mutilus sit omissis strophis postremis. Codex P vero solus duas strophas extremas praebet. Ceterum de prioribus editionibus librisque manu scriptis vide quae E. Dümmler l. l. adnotavit; cf. etiam W. Wattenbach, 'Deutschlands GQ.', ed. 7., I, p.* 235 *sq., n.* 1. *Scrip-
20 turae neumis ornatae codicis Parisini exemplum titulum primamque stropham continens dedit E. de Coussemaker, 'Histoire de l'harmonie au moyen âge' (Parisiis* 1852) *tab. I, nr.* 3.

*Carmen abecedarium est tetrametrorum trochaicorum.
25 In linguam vernaculam G. Meyer von Knonau, 'Ueber Nithards vier Bücher Geschichten' p.* 139. *vertit rhythmum, cuius versionem E. Mühlbacher, 'Deutsche Geschichte unter den Karolingern' p.* 435 *sq. supplevit et emendavit.*

E. Müller.

VERSUS DE BELLA QUE FUIT ACTA FONTANETO[a].

841. (Iun. 25.)

1. Aurora cum primo mane tetram noctem[b] dividens[c],
sabbatum[d. 1] non illud[e] fuit, sed Saturni dolium[f],
de fraterna rupta pace gaudet demon impius. 5

2. Bella clamant[g], hinc et inde pugna gravis oritur,
frater fratri mortem parat, nepoti avunculus[h],
filius nec patri suo exhibet[i] quod meruit.

3. Caedes[k] nulla peior fuit campo nec in Marcio[l];
fracta est lex[m] Christianorum sanguinis proluvio[n], 10
unde manus[o] inferorum[p] gaudet, gula Cerberi[q].

4. Dextera prepotens[r] Dei protexit Hlotharium[s],
victor ille manu sua[t] pugnavitque fortiter;
ceteri si sic pugnassent[u], mox foret[v] concordia[w].

5. Ecce olim velut[x] Iudas salvatorem tradidit[y], 15
sic te, rex[z], tuique duces[a] tradiderunt gladio:
esto cautus[b], ne frauderis agnus lupo previo[c].

6. Fontaneto[d] fontem[e] dicunt, villam[f] quoque rustici[g],
ubi[h] strages[i] et ruina[k], Francorum[l] de sanguine
orrent campi, orrent silvae[m], orrent ipsi paludes. 20

7. Gramen illud ros nec[n] ymber nec humectet[o] pluvia[2],
in quo[p] fortes ceciderunt, proelio[q] doctissimi[3],
pater, mater[r], soror, frater[s], quos amici fleverant[t].

a) *hanc inscriptionem solum L habet.* b) tetra nocte *F;* tetra noctis *P.* c) diuidet *P;* diuitens *F.* d) sabatum *F;* sabbati *P.* e) nec illo *F.* f) doleo *P. F.* 25
g) clamat *F.* h) nepotis auunculis *F.* i) exiuit *F.* k) Cedes *L;* Cedens *F.*
l) campo in quo maxime *P;* camponesque mahina *F.* m) facta est nex *L.* n) sanguis hic profluit *P;* sanginem preluuium *F;* sanguine proluuiūs *corr.* proluuii *L.*
o) unda manans *P;* inde manens *F.* p) infernorum *L.* q) cerueri *F.* r) Dexteraque potens *F;* Dextera potentis *P.* s) lotorio *P;* ludhario *F.* t) manus suas *F.* 30
u) ceteris set si pugnasset *F.* v) et sit *F.* w) uictoria *P.* x) uelūd *P;* uelut olim *F.* y) tradedit *F.* z) si te res *F.* a) ducis *F.* b) cautum *F.* c) preuius *P;* predius *F.* d) Fontanete *F;* Fontanella *P.* e) fonte *F.* f) uilla *F.*
g) rustice *P. F.* h) in qua *L.* i) strauit *F;* trahens *P.* k) ruine *L;* str. ad ruinam *P.* l) franchorum *P;* de francorum sanguinnem *F.* m) silue *L. F.* 35
n) et *L. F.* — imber *F.* o) umecta *P;* me cum edit *F;* humectat *Dümmler.*
p) ubi *F.* q) prelio *P;* prelia doctissima *F.* r) matri *P;* frater *F.* s) fratri *P;* mater soror *F.* t) fleuerat *F;* plangent illos qui fuerunt illo casu mortui *L ex* 11, 3.

1) *A.* 841. *VII. Kal. Iul. dies sabbati erat; cf. Mühlbacher, Reg. imp. I, ed.* 2, *nr.* 1084*i.* 2) *Cf.* 1. *Reg.* 1, 21: Montes Gelboe nec ros nec 40
pluvia veniant super vos *O. H.-E.; Paulini versus de Herico duce* 8, 3, *Poetae Lat. I, p.* 132: vos super umquam imber, ros nec pluvia | descendant *D.* 3) *Cf. Cant.* 3, 8: ad bella doctissimi; 1. *Mach.* 4, 7. 6, 30: docti ad proelium *O. H.-E.*

[illegible]

– [illegible] d. Datums | Wortspiel [illegible] – [illegible]

[illegible]

X

[illegible]

VERSUS DE BELLA QUAE FUIT ACTA FONTANETO

1. Aurora cum primo mane tetram noctem dividens,
sabbatum non illud fuit, sed Saturni dolium,
de fraterna rupta pace gaudet demon impius.

2. Bella clamat, hinc et inde pugna gravis oritur,
frater fratri mortem parat, nepoti avunculus;
filius nec patri suo exhibet quod meruit.

3. Caedes nulla peior fuit campo nec in Marcio;
fracta est lex christianorum sanguinis proluvio,
unde manus inferorum gaudet, gula Cerberi.

4. Dextera praepotens Dei protexit Hlotharium,
victor ille manu sua pugnavitque fortiter;
ceteri si sic pugnassent, mox foret concordia.

5. Ecce olim velut Iudas salvatorem tradidit,
sic te, rex, tuique duces tradiderunt gladio;
esto cautus, ne frauderis agnus lupo praevio.

6. Fontaneto fontem dicunt, villam quoque rustici,
ubi strages et ruina Francorum de sanguine;
orrent campi, orrent silvae, orrent ipsi paludes.

7. Gramen illud ros et ymber nec humectat pluvia,
in quo fortes ceciderunt, proelio doctissimi,
pater, mater, soror, frater, quos amici fleverant.

[illegible]

[illegible]

8. **H**oc autem scelus peractum, quod descripsi ritmice[a], 841. *(Iun. 25).*
Angelbertus[b] ego vidi pugnansque cum aliis,
solus de multis remansi prima frontis[c] acie.

9. **I**ma[d] vallis retrospexi verticemque iuieri[e, 1],
5 ubi[f] suos inimicos rex fortis Hlotharius[g]
expugnabat fugientes[h] usque forum rivuli[i, 2].

10. **K**aroli de parte vero[k], Hludovici[l] pariter
albescebant[m] campi[n] vestes mortuorum lineas[o],
velut[p] solent in autumno albescere avibus[q].

10 11. **L**aude[r] pugna non est digna nec canatur melode[s],
oriens, meridianus, occidens et[t] aquilo
plangant[u] illos qui fuerunt illic casu[v] mortui.

12. **M**aledicta dies illa[w, 3] nec in anni[x] circulo[y]
numeretur, sed radatur ab omni memoria,
15 iubar solis illi desit, aurora crepusculo[z, 4].

13. **N**oxque illa, nox amara[a], noxque dura[b] nimium,
in[c] qua fortes ceciderunt, proelio doctissimi,
pater, mater, soror, frater, quos amici fleverant.

14. **O**[d] luctum atque lamentum! nudati sunt mortui,
20 horum[e] carnes vultur, corvus, lupus vorant acriter,
orrent, carent sepulturis, vane iacet cadaver.

15. **P**loratum et ululatum[5] nec describo amplius:
unusquisque, quantum potest, restringatque lacrimas,
pro illorum animabus deprecemur Dominum.

25 a) *v.* 8, 1. *om. F;* Hoc scelus hinc et inde quod uero describitur *P.* b) engelbertus *P.* c) fontis *L;* hangelbertus non remansit prima fontes *F infra loco versus* 10, 3. d) *str.* 9. *om. F.* e) retrospexi in uallis cacumine *P.* f) uidit *P.* g) lotarius *P.* h) debellabat fugienter *P.* i) foras riuulum *P.* k) Carlus de uero parte *F.* l) hac ludouici *P;* ludouuicus *F.* m) albesunt *P. F.* n) campes *F.* o) mortuorum 30 uestimenta lineas *F;* uestimentis mort. lineis *P.* p) uelud *P.* q) de auibus *P;* hangelbertus *etc. F (cf. supra n. c).* r) *str.* 11—15. *om. F.* s) nec cantus melodię *P.* t) ab *L.* u) plangent *L.* v) f. tali pęna *P.* w) maledictus ille dies *P.* x) annis *P.* y) circuli *L.* z) nec illustrat horrore crepusculum *P.* a) Nox et sequens dies illam *P.* b) dira *P.* c) *pro versibus* 13, 2. 3. *P habet:* nox 35 illaque planctum mixta et dolore pariter ||hic obit et ille gemit cum in graui penuria. d) *str.* 14. *et* 15. *om. L.* e) illorum *P.*

1) *I. e.* iugeri, iugi (*Pertz, D.*). 2) *Lotharium primo summa fortitudine hostes repulisse ceteri quoque auctores a Mühlbacher l. c. nr.* 1084 *i. laudati referunt; cf. Nith. II, c.* 10, *supra p.* 27. 3) *Cf. Ierem.* 20, 14: 40 Maledicta dies, in qua natus sum. 4) *Iob* 3, 4—6: Dies ille vertatur in tenebras . . . et non illustretur lumine. Obscurent eum tenebrae et umbra mortis, occupet eum caligo, et involvatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni nec numeretur in mensibus. *O. H.-E.* 5) *Matth.* 2, 18: Vox in Rama 45 audita est, ploratus et ululatus multus. *Cf. et Ier.* 3, 21. *O. H.-E.*

INDEX.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

GLOSSARIUM.

abbatia 9, 10. 44, 5.
acturum = *agendum* 28, 15.
adipisci *passive* 4, 1. 6, 1.
affinitas 40, 35. 42, 10.
archicapellanus 13, 1.
avunculus, *i. e.* patruus 31, 5.

bella *fem. sing.* 52, 1.
bona, *i. e.* fruges 50, 10.

camerarius 3, 20.
capitale supplicium 13, 25.
castra *fem. sing.* 27, 15.
citra, *i. e.* ultra 6, 25. 16, 1.
comes, *Graf* 13, 1. 16, 1. 19, 25. 21, 1. 31, 5. 39, 5. 45, 25.
comitatus, *Grafschaft* 9. 17, 5. 44, 5; — *Gefolge* 5, 20. 21, 30. 33, 20.
commendatus 10, 5. 12, 20.
confluentus 44, 1.
conquirere, *i. e.* conqueri (?) 24, 10.
conventus (publicus) 2, 25. 4, 15. 8, 25. 10, 10. 11, 5. 24, 5. 28, 30. 37, 10. 48, 20; conventum 12, 30. 22, 30. 30, 15. 31. 45, 15.
corona et arma 6, 20. 10, 1; corona et omnis ornatus 21, 30.

de, *i. e.* deorsum, inde a 9, 1.
defectus *part.* 21, 15.
degere *c. acc.* 41, 5.
deguerint = *degerint* 37, 25.
discessus, *i. e.* decessus 3, 1. 10, 20.
dissedere 6, 5.
dolium 52, 1.
domus, *i. e.* ecclesia 47, 20.
dux 3, 20. 18, 25. 21, 20. 23, 25. 29, 15. 34, 30. 45, 25. 52, 15.

edhilingui, *i. e.* nobiles, ordo Saxonum 41, 15.
edictum, aedictum 3, 25. 31, 30.
exsequi *passive* 1, 5. 20, 30.

facultates 16, 5.
filiolus (ex baptismate) 14. 32, 5.
finitiva sententia 27, 1.
fiscus, *praedium regale* 9, 10; fiscum 44, 5.
forus 53, 5.
frilingi, *i. e.* ingenuiles, ordo Saxonum 41.

gematum, *i. e.* yematum, hiematum 6, 30 (*cf.* 48, 25).

honores 13, 20. 15, 10. 29, 20. 33, 15. 45, 20.

idolorum cultura 41, 10; cultores 42, 1.
imbreviare, inbreviare 46, 35. 47, 15.
imperatoris, imperiale nomen 3, 1. 13, 5. 26, 30. 43, 5.
imperii dignitas 43, 5.
infra, *i. e.* intra 15, 15. 19, 25.
ingenuilis 41, 15.
iudicium Dei, divinum 27, 5. 28. 32, 5. 35. 40, 20. 50, 5.
iuierum, *i. e.* iugerum, iugum 53, 1.

lazzi, (lazzes), *i. e.* serviles, ordo Saxonum 41.
leuwa, leuva 16, 30. 25, 15. 29, 15. 33, 30. 46, 5.
ludi 38, 5.

magnanimis 8, 5. 13, 25. 16, 10.
melode 53, 10.
missa, *Messe* 26, 25. 28, 20. 39, 5. 48, 15.

omnigena facinora 40, 15; mala 50, 10.

pagani 22, 25.
palatium 2. 40, 1.
perhumane 38, 1.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

P. 36, *l.* 1. *lege in marg.* 842. *pro* 482.

Hariulfi (ed. F. Lot, p. 102*) lectiones loci e Nithardi l. IV, c.* 5. *exscripti:*

P. 47, *l.* 31: posse (in) Nonas Novembris; *l.* 33: pene; *l.* 34: eaque; *p.* 48, *l.* 1: decessum suum vigesimo octavo; *l.* 3: hic eo tempore ortus haud; *l.* 4: Madhelgaudus (Madhelgardus) ... hic de una; *l.* 5: fuerunt; *l.* 6: Qui Anghilbertus ex eiusdem regis; *l.* 7: Berchta (Beretha) Harnidum; *l.* 10: Hinc post vitam omni.

P. 48, *l.* 33, *n.* d *lege* harnidū *pro* harnidu; *l.* 34, *n.* e *lege* corr. *pro* ocrr.